B. Benj.n A. Gould

# GRÆCUM LEXICON
## MANUALE

PRIMUM A

## BENJAMINE HEDERICO

INSTITUTUM

MOX ASSIDUO LABORE

## SAM. PATRICII

AUCTUM MYRIADE AMPLIUS VERBORUM

POSTREMO

INNUMERIS VITIIS REPURGATUM PLURIMISQUE NOVIS SIGNIFICATIBUS VERBORUM LOCUPLETATUM

CURA

## JO. AUGUSTI ERNESTI

ATQUE ITERUM

RECENSITUM ET QUAMPLURIMUM IN UTRAQUE PARTE AUCTUM

A

## T. MORELL S.T.P.

THESAURI GRÆCÆ POESEΩΣ AUTORE.

EDITIO NOVA

CUI ACCEDIT MAGNUS VERBORUM ET EXEMPLORUM NUMERUS EX SCHEDIS

## PETRI HENR. LARCHERI

TYPIS ET CURA R. ET A. TAYLOR.



LONDINI

IMPENSIS F. C. ET J. RIVINGTON; G. WILKIE; PAYNE ET FOSS; SCATCHERD ET LETTERMAN; WINGRAVE ET COLLINGWOOD; J. CUTHELL; J. NUNN; J. DEIGHTON ET FILIORUM; LONGMAN, HURST, REES, ORME, ET SOC.; LAW ET WHITTAKER; CADELL ET DAVIES; E. WILLIAMS; W. GINGER; W. OTRIDGE; S. BAGSTER; BLACK ET FILII; R. SCHOLEY; J. RICHARDSON; LACKINGTON ET SOC.; J. MAWMAN; BALDWIN, CRADOCK, ET JOY; R. S. KIRBY; W. BAYNES; J. BOOKER; J. ROBINSON; T. HAMILTON; WALKER ET EDWARDS; R. SAUNDERS; RODWELL ET MARTIN; SIMPKIN ET MARSHALL; B. REYNOLDS; J. SHELDON; ET WILSON ET FILIORUM, EBORACI.

1816.

# MONITUM.

De hac nova Lexici Hedericiani editione, L. B. paucis accipe. Quarto abhinc anno diem obiit Lutetiæ Parisiorum, senex fere nonagenarius, Petrus Henricus Larcherus, Divionæus, vir tum ob diffusam eruditionem, tum ob singularem ejus humanitatem et candorem, omni laude dignissimus; præsertim vero egregia Herodoti versione meritam per Europam celebritatem nactus. Is autem moriens supellectilem librariam reliquit satis amplam, quæ paullo post, hæredum jussu, sub hasta venum data est. Inter alios, qui tum voci præconis subjiciebantur, libros, exemplar erat hujus Lexici, editionis quæ A. 1755 prodierat, cujus quidem foliis chartæ scriptæ singulis interjectæ sunt, in quas magnum tum vocabulorum, tum exemplorum numerum senex venerabilis inter legendum conjecerat. Hunc vero librum, pretio satis magno comparatum, redemtores nostri, qui novam hujus vocabularii editionem, curis Larcherianis auctam, prelo subjicere cupiebant, in manus mihi tradiderunt, ut si quid in eo vel minus accurate scriptum, vel præter necessitatem adjectum fuisset, id omne transverso calamo notarem; ne lexici, tironum usibus destinati, moles inutiliter augeretur. Hoc igitur effeci, et præterea nihil; quippe qui correctoris munus, molestum sane ac laboriosum, in me suscipere noluerim. Ipse vero Larcherus in thesauro suo locupletando quanta cum diligentia versatus sit, intelligere licet ex sequente notula, quam ad libri calcem reperi: "1682 *additions en Juillet* 1782." In his autem additamentis, haud pauca reperies poetarum scenicorum loca recte explicata; multa etiam tum veterum historicorum, Herodoti, Thucydidis, Xenophontis, tum recentiorum, Polybii scilicet, Appiani, Arriani, item Plutarchi et Eroticôn scriptorum, imo et medicorum, ne quid de poetis, Lycophrone, Apollonio, Nicandro, et Florilegii auctoribus, dicam.

Animadvertent tirones multa esse vocabula, quæ unius Oppiani vel Nonni auctoritate nituntur; non tamen idcirco Græca civitate donanda; quia Cynegetica, quæ sub Oppiani nomine circum-

 feruntur,

feruntur, et Nonni poemata insulsissima, verbis ac locutionibus scatent, quas in probatis auctoribus frustra quæsiveris. Alia sunt haud pauca, quæ nullum, præter Heliodorum, fidejussorem habent; attamen episcopus ille Tricensis Græce longe melius sciebat, imo melior erat poeta, quam Nonnus iste, vel pseudonymus Cynegeticôn scriptor.

---

Porro in hac nova editione vocabula, quæ Morellii Appendicem occupabant, suo quodque loco interseruntur, cura ac diligentia Typographi. Idem vero eo nomine laudandus est, quod Larcheri additamenta, minuta manu et perplexo ordine scripta, magno cum labore enuclearit, et secundum litterarum seriem disposuerit.

Quod præterea dicam nihil fere habeo, nisi ut exoptem fore aliquando, qui Bastii τοῦ μακαρίτου egregios in librum Hederici labores publici juris faciat; quo nescio an quidquam ad Græcarum litterarum cognitionem utilius accidere possit.

C. J. B.

Scripsi Non. Jul. 1816.

---

M. BENJ.

# M. BENJ. HEDERICI PRÆFATIO.

ALTERUM hoc Lexicon est, *Lector benevole*, quod juventuti bonarum artium studiosæ commodare sategi. Græcum, ut vides, illud est, et, velut in priori disciplinas atque veterum Scriptorum monumenta, quæ Scholas fere occupatas habent, dilucidare pro viribus sum annixus; ita hoc, quod jam exhibeo, literas in primis Græcas adjuvare studui. Neque vero operam hanc, ut quidem confido, præter rem necessitatemque suscepisse jure existimari potero. Etenim, quæ Linguæ Græcæ cum præstantia sit, tum utilitas, atque ad omne propemodum studiorum genus necessitas, ab aliis jam ostensum est pluribus: attamen Lexicon, quo illa contineatur, satisque idoneum Scholis, adhuc deesse experiuntur identidem, quibus hanc eruditionis partem tradere juventuti incumbit. Quotquot enim hujus generis libri exstant, vel mole sua usum sufflaminant sui, vel jejunitate qua laborant, sæpius destituunt paulo serius literis Græcis operaturos, vel ordinis implicatione linguæ adhuc minus gnaros plus justo fatigant, efficiuntque haud raro, ut tot illi tantisque difficultatibus præpediti non sine indignatione ac tædio in hoc studiorum genere versentur.

Singula igitur illa, quantum quidem fieri potuit, amoliturus, librum in tres Partes dispescui, Hermeneuticam scilicet, Analyticam, atque Syntheticam: primæ, quæ ad intelligendos omnis generis scriptores, quos antiquiora tempora dedere, facere debet, eam Vocabulorum copiam inserere allaboravi, quam ad negotium hoc, amplum licet ac vastum satis, suffecturam omnino putavi. Certe, quæ ex ingenti Henrici Stephani Thesauro, volumine satis etiam grandi, Joannes exhibet Scapula, ea tantum non omnia hic etiam suppeditavi. Quinimmo ipsorum non solum numerum, sed in primis etiam, quas obtinent, significationes ex Suida, Polluce, Suicero, Leighio, Scriptoribusque similibus aliis, non parum earumdem hinc inde adauxi. Hasce quoque pro ea, qua differunt varietate, suis fere distinxi numeris, et sic clarius ordinatiusque, spero, se oblaturas cuique; eodemque fere modo quo Voces potissimum ipsas ordine, quem vocamus, alphabetico disponere visum est. Equidem virtutes naturalis illius, quo Voces derivatæ primigeniis, compositæ simplicibus subjiciuntur, non ignoro, neque me præterit etiam, quantopere eum in Stephano aliisque prædicent bene multi; sed non æque tamen intricatus hic alter est, longeque facilius linguæ nondum satis peritis Vocabula, quæ inquirunt ipsi, suggerit. Et, si omnino ad indagandam genuinam Vocis potestatem momenti maximi est nosse originem ejusdem, singulis etiam Vocabulis hanc subjeci, ut adeo nec adminiculo isto, necessario certe ad feliciorem cujusvis Scriptoris interpretationem, destitutos Lexico hoc usuros conqueri possint, qui id ordinis naturalis laudem, atque virtutem fermc præcipuam, habere solent.

Quemadmodum autem hæc primæ Lexici hujus Partis ratio est; ita altera illa, cui Analyticæ, ut dixi, nomen feci, ea Vocabula grammatice, quomodo loqui consuevimus, resoluta complexus sum, quæ difficultatibus suis, sive a Dialecto aliqua, sive aliunde subortis, solicitare tironum patientiam possunt. Est certe eadem hæc opera, quæ liberalius paulo a Schrevelio juventuti navata, ipsum tam acceptum huic reddidit, ut unus fere ex sui ordinis Lexicographis in Scholis huc usque locum vindicaverit sibi. Ac tametsi non desint, qui eamdem ignaviæ potius subsidium habeant, quam ut emolumenti quidquam juventuti illam credant adferre, eo quod hæc a penitiori Grammatices studio avocet, ad quod potissimum solidior linguæ cognitio redit: attamen, qui rectius justiusque rem expendunt, satius utique existimant, velificari nonnihil discentium a labore molestiore aversioni, quam quidem committere, ut miseri succumbant inscitiæ suæ, vel etiam, quod sæpius usu in Scholis evenire videmus, difficultatibus his absterriti linguæ pulcherrimæ studium plane abjiciant. Ne igitur habeant, quod et ipsi suo quasi jure desiderare possint, hac etiam in re illis deesse nolui. Quin potius non solum Vocabula prope omnia, quæ Schrevelius ex appendice Scapulæ Lexico subnexa, Pasoris in Hesiodum Indice, aliisque id genus operibus attulit, in Partem hanc alteram conjeci: sed locupletavi quoque passim ex Jo. Vorstii Veterum Poetarum

Græcorum

Græcorum excerptis, Celeberrimi item Viri, Dn. Jo. Davidis Schreberi, in Hortulo Græco ex omnibus Plutarchi Operibus adornato, et Clarissimi Dn. Hieronymi Freyeri Fasciculo Poematum Græcorum, libellis vere aureis atque ad perdiscendam Græcam linguam accommodatissimis. Attamen, ne nimis etiam indulsisse discentium inertiæ videri possem, satis habui, digitum in cibum hunc intendere, præmansum vero ipsum atque hoc tantillum laboris recusantibus, ut eumdem sumere ipsi dignentur, inserere in ora utique supersedi.

Tertia libri Pars, quæ Syntheticæ titulum præfert, iis destinata est, quibus Latina sermone Græco, eoque prosaico, reddere collibet; adjutusque a Scriptoribus laudatissimis, Benzio, Posselio, Devario, Scheidio, aliisque, hic quoque eum Vocum Formularumque loquendi apparatum, suis fere ubique auctoritatibus munitum, suggessi: qui, nisi me omnia fallant, ad institutum hoc, quantum quidem in Scholis illud exigi, vel certe usui hodie esse solet, abunde suppeditabit. Et, si omnino contingat, ut quædam adhuc desideres, ea tamen forsitan hæc erunt, quæ omissa facile pati, vel ex iis etiam, quæ allata sunt, compensare non incommode poteris. Ita quippe sæpius Nomina illa a Verbis deducta, qualia sunt *Accumulator*, *Admodulator*, *Adoptator*, item *Accumulatrix*, *Admodulatrix*, et similia, perinde qualia *Accumulatio*, *Admodulatio*, *Adoptatio*, et quæ sunt hujus generis alia, frustra hic quæsiveris. Præterquam enim quod magna eorum pars ipsa civitate Latina deficitur, adeoque soli formationis innititur Analogiæ, certe, si Græce eadem reddenda sunt, alia fere per Participia, alia per Infinitivos Verborum, a quibus descendunt, tuto enunciari possunt. Ita videlicet *Accumulatorem*, vel ipsius Demosthenis exemplo, rectius ἐπισωρεύοντα, *Admodulatricem*, προσᾴδουσαν, et *Accumulationem*, quæ ipsum in primis accumulandi actum significat, τὸ ἐπισωρεύειν interpretaberis, quam ut nomina vel plane nova confingas, vel sua etiam carentia auctoritate usurpes. Quumque adeo hæc talia a Verbis allatis, si quidem ipsis opus sit, nec suo ista loco reperiantur, formare perquam sit facile, operæ chartæque tanto justius eorum me omissione pepercisse arbitror, quo magis Lexicon hoc manus impleat, nomenque suum excedat. Nec alia quoque causa fuit, cur Nomina etiam, quæ propria Grammatici vocant, omiserim, utpote quod ipsa quoque facile Græce efferri possunt, quippe ex Grammatica constet, quæ literarum utriusque linguæ natura sit atque cognatio. At vero, quod in Prima præcipue Parte nec auctores addiderim Vocibus, nec locutionum etiam, quas hæ ex se progignunt, subjecerim exempla, forsitan mirabuntur, qui ex his propemodum solis Lexici perfectionem æstimare solent. Sed et his adferendis locus plane defuit. Nec vero etiam video, si vel maxime ipse suppetivisset, ecquis eorum in Lexico hermeneutico sit usus. Sua enim Scriptori cuivis interpretando, auctoritas sufficit, et, qui ex Vocum significationibus tam distincte copioseque subministratis sensum effati alicujus Græci indagare nequit, eum vel plane a Grammatica non instructum, vel rei, quam continet illud, prorsus ignarum esse oportet. Secus statuendum esse de Lexico synthetico facile concedo, quum Græce scripturus utique non solum de Vocis, qua usurus est, probitate, sed et de Constructionis, qua gaudet, eadem ratione certus esse debet. Quare id etiam mihi quam maxime commendatum habui, ut ne facile in Tertia hujus libri Parte Vox aliqua sine auctore suo compareat, vel Constructionis etiam exemplum non habeat adjunctum. Quod si tamen vel hic etiam alterutrum, immo utrumque deesse nonnunquam deprehendas, auctorem quidem Vocis idoneum me fugisse non inficior, licet de bonitate ejus Lexicographorum saltem præstantissimorum auctoritas dubitare me non siverit; Constructionis vero modus ideo a me neglectus est, quod Regulas ille notissimas atque adeo Græcæ etiam Linguæ cum Latina communes sequatur.

Atque hæc fere ea sunt, *Lector benevole*, quæ te scire, e re tua, immo et mea, esse existimavi. Tute labori etiam huic meo, si merebitur, fave: sin minus, cum ante ne damnes, quam cogitaveris, contingere haud raro, ut tuo arbitrio stare non possis. Vale.

---

Expositio Notarum quæ in priore Lexici hujus Parte inter alias occurrunt.

*Gl. V.* Glossaria Veterum a Labbeo edita.
*Ph.* Philoxenus, Glossographorum facile princeps.
*Lex. Gr.* Lexicographi Græci, Hesychius, Suidas, auctor Etymologici magni, Varinus, Phavorinus.
*Hes.* Hesychius, Alexandrinus.
*Suid.* Suidas.
*Etym.* vel *E. M.* Etymologicum magnum.
*R.* Gulielmus Robertsonus, Anglus.
*Suicer.* Jo. Casp. Suicerus, Tigurinus.

Atque hos Lexicographos ad eas voces allegare placuit, de quarum auctoritate aliunde, quam ex ipsis, non constat; quum e contrario Philoxenus et Glossaria Veterum eo laudentur nomine, quod multas easque aptissimas vocum significationes suppeditant, quæ alibi non facile sunt obviæ.

## EX PRÆFATIONE JO. AUGUSTI ERNESTI.

IN causis, propter quas tam pauci ad linguæ Græcæ vel mediocrem scientiam perveniant, Moses Solanus* jure numerat vitia Lexicorum quibus puerilis ætas utitur. Eorum duo maxime impediunt verum verborum intellectum. Primum est, quod significationes sæpenumero vel prorsus alienæ verbis tribuuntur, vel parum accurate distincteque traduntur: alterum, quod tam pueriliter atque inepte Latinis vocabulis exprimuntur Græca, ut intellectus impediatur potius interpretando, quam adjuvetur. Hoc fit maxime, et hanc ob causam, quod interpretatio nimis etymologiæ rationibus accommodetur, neglecto usu loquendi, qui solus in hoc genere dominatur, in primis in compositis ex præpositione una pluribusve, in quibus incredibile dictu est quam pueriliter peccetur; item ex εὖ, φίλος, aliisque. Talibus igitur erroribus, vitiis, ineptiisque cum plena sint Lexica vulgaria, quæ sunt in tironum manibus........&c.

Itaque cum rogatus essem, ut Hedericiani Lexici Græci, quod nunc maxime versatur in manibus tironum, putaturque esse in hoc compendiario genere optimum, recensendi curam susciperem; eam provinciam, quanquam duram et tædii plenam, defugiendam non putavi, qui vitiis ejus, et ortis inde apud tirones noxis, sæpe doluissem, iisque tollendis, omninoque opere illo emendando locupletandoque, plurimum adjumenti me allaturum discentibus putarem. *Non is ego sum,* cui aut jucundum, aut adeo opus sit, de aliis detrahere, et hac via ad famam contendere. Melioribus artibus laudem parare didici. Itaque non libenter dico, quod præsens institutum dicere cogit: Hedericum illum, virum bonum cetera et laboriosum, at Græce doctum, et ad tale Lexicon rite conficiendum, satis a lectione Græcorum scriptorum instructum non fuisse. Totus ille, id quod per totum opus observare licuit, e Scapula aliisque vulgaribus Lexicis pendebat: attamen tot præclaras doctorum hominum de verbis plurimis, post Stephanum et Scapulam, observationes ignorabat, nec ipse e lectione ipsorum scriptorum meliora didicerat. Itaque non modo totidem verbis e Scapula in suum Lexicon retulit verborum interpretationes parum idoneas aut perspicuas, sed subinde etiam ne assecutus quidem est ejus aliorumque Lexicographorum mentem, vitiisque operarum se decipi passus est: unde manarunt innumera peccata. [*Aliquot exempla Cl. autor protulit, sed hæc apud illum quærenda mitto.*] Jam incredibile dictu est, quam sæpe, quam absurde interpretatus sit, plerumque post alios, verba composita ex ἀμφὶ, ἐκ, σὺν, κατὰ, ὑπὸ, παρὰ, περὶ, πρὸ, &c. exprimens has præpositiones e vulgari significatione, non ex usu scriptorum in verbo quoque; in quo sane est mira varietas. Idemque notavimus in aliis generibus compositorum. Φιλότμητος est ineptum Nonni verbum in Johannis μεταφράσει; sed id ineptius vertitur in Scapulæ Lexico *sectionis amans, incisione gaudens,* sequaci Hederico. Similiterque peccatur in verbis compositis Poetarum, inprimis tragicorum; quorum vim ex illis interpretationibus nemo adsequatur. Illud quoque parum scienter factum erat, ut significationes πολυσήμων parum recte digererentur atque ordinarentur, activa et media, eorumque significatio, itemque temporum significatio diversa, cum v. gr. præsens activam, aor. 2. neutram vim habeat; quod hodie in Lexicis ferri non potest, quamvis sit ad accuratam linguæ Græcæ scientiam scriptorumque intelligentiam pernecessarium.

Enimvero hæc et alia omnia correcta sperabam me reperturum in editione *Sam. Patricii,* Scholæ Carthusianæ apud Londinenses Hypodidascali, qui Hedericianum Lexicon bis recoxit, et magnam diligentiæ laudem apud suos (vid. Scott. præf. ad Append. Steph.) etiamque apud exteros tulit: præsertim qui in præfatione dicat, se diligenter hoc opus correxisse, vivatque in insula ea quæ sibi Græcarum literarum principatum vindicare videtur, et in qua Græce doctissimi homines pæne nasci videantur; adeo mature ibi omnes Græcos scriptores vel difficillimos intelligi et emendari posse. Sed omnia alia deprehendi, intellexique Patricium Britannum non plus

* In Præf. ad Plutarch. Briani.

in

in Græcis potuisse Hederico Germano. Hujus quidem peccata fere omnia sanctissime conservata sunt eaque novis aucta.

Prima igitur nobis cura fuit, ut talia peccata tolleremus, corrigeremusque, si quid parum vel recte, vel accurate, vel perspicue scriptum esset in significationibus vocabulorum tradendis. In quo tamen difficultas quædam objecta est a ratione ipsa talis Lexici, in quo singula tantum verba explicantur: quod nonnulla vocabula, inprimis adverbia, separatim commode explicari non possunt, facilioremque interpretationem habent cum verbo, cui adjungi solent. Tum in verbis, quæ Grammatici proprie dicunt, operam dedimus, primum ut activa et media, etiam tempora interdum, ex usu optimorum scriptorum, distingueremus, deinde ut significationes in πολυσήμοις digereremus diligentius, et, quoad fieri posset, a propria et prima significatione quomodo ceteræ ducerentur, ipso ordine indicaremus, v. gr. σμύχω, τύφω, πομπεύω, πύργος, σηκὸς, τίθημι, ὕβρις, δημιουργὸς, προτείνω. Auximus etiam priorem significationum numerum e nostris aliorumque observatis, qui veteres scriptores Græcos illustraverunt. Sed maxime in hac parte sic laboravimus, ut accurate exponeremus verba e præpositionibus composita, in quibus explicandis omnium adhuc Lexicorum stultitia accusanda est, tribuentium interdum præpositionibus aliquam vim, ubi ex usu loquendi veterum nullam habent, aut ita exprimentium, scilicet e vulgatissima cujusque significatione, ut nemo intelligere possit. Nos in omnibus usum secuti sumus, comparandis, ubi non statim vera significatio succurreret, aut aliquid dubitationis oriretur, exemplis idoneis. Itaque et subinde notavimus, in eodem verbo, modo redundare præpositionem, nec ullam vim habere, modo addere verbo aliquid significationis. Quædam tamen, sed perpauca, fuere, in quibus analogia et conjectura sequenda esset, quod nullum exemplum veteris scriptoris vel ipsi notatum habebamus, vel ab alio notatum reperiebamus: in quibus si forte aberravimus, nobis ut ignoscatur, rogamus. Atque pari ratione usi sumus in aliis compositorum generibus, ut e φίλος, χαίρω, &c. ut facile quivis intelliget, qui vel in his, quæ exempli causa posuimus, nostra cum superioribus velit comparare. Denique ipsis verbis locupletare hoc Lexicon studuimus, &c.

Et hæc fere sunt, quæ in castigando locupletandoque hoc Lexico secuti sumus, quibusque, ut speramus, perfecimus, ut et latius ejus usus pateret, et tutius usurpari a tironibus posset. Unum restat de quo admonendum videtur. Singulis verbis etymologiam addere instituit Hedericus. Id nos non totum mutavimus: sed correximus tamen in nonnullis, plane autem sustulimus, ubi unusquisque tiro sua sponte videre posset, unde verbum ductum aut compositum esset; in quibus addi etymologias, ut εὐποιέω esse ex εὖ et ποιέω, εὐπάσχω ex εὖ et πάσχω, &c. putidum sane et nimis puerile sit: eaque ratione tantum compendifecimus, ut cum tot millia vocabulorum, tot novæ significationes accesserint, tamen aliquot plagulis brevior sit hæc editio superiori. Atque etiam in altera parte deleri curavimus per idoneum virum ea, quæ nemo vel quærat, vel quærere debeat. Nam in eo genere nonnisi rara et difficilia debebant notari: vulgaria, et quæ quisque, formas declinationum et conjugationum rite tenens, ipse sua sponte adsequi possit, poni non modo inutile et supervacuum, sed etiam id quod usu didici, noxium est. Etenim ad ignaviam proniores, ut sunt plerique, libenter abutuntur ista ratione, putantes, hanc esse ad lectiones præparationem, quam vocant, si in tali libello quærant singula verba, et inde descripta recitent a magistris interrogati: qua stultitia committunt, ut nunquam recte percipiant teneantque conjugationum formas. Scr. Lipsiæ a. d. VIII. Kal. Sept. A. C. CIↃIↃCCLIV.

(*Alteram Partem, quam Syntheticam vocavit Hedericus, plane sublatam voluit Cl. Ernestus, totamque igitur illam partem intactam se fatetur reliquisse: sed et hanc etiam, tironum gratia, quibus non potest esse non necessaria, (saltem ut in optima olim schola mihi visum fuit) haud minus auctam ac locupletatam dedi.*) T. M.

LEXI-

# LEXICI

# MANUALIS GRÆCI

## PARS PRIMA.



A, Vel α, prima litera Alphabeti Græci, quæ Ἄλφα dicitur, et nomen adepta est ab Hebræorum Aleph; (2) nota numeralis significans *unum*, et cum lineola inferne posita ͵α, *mille*; (3) in Apocalypsi Joan. 1, 8. eum notat qui omni principio prior atque antiquior est.

Α, in compositione est (1) στερητικὸν, *privativum*, ut ex α et βέβαιος, *stabilis*, fit ἀβέβαιος, *instabilis*: cum ν interjecto, (si vocabulum cui α præfigitur a vocali initium habet) Euphoniæ gr. ut ἄξιος, *dignus*; ἀνάξιος, *indignus*: ὄλβος, *divitiæ*; ἄνολβος, *pauper*. Quædam vero aliquando τῷ ν carent, ut ἄοσμος, ἄοικος, ἄοζος, ἄυλος, &c. Quamplurima etiam mutant terminationem, ut ex ἡδὺς, ἀηδὴς; ex γραφὴ, ἄγραφος; ex φρὴν, ἄφρων; ex γνωμὴ, ἀγνώμων. Tale est et α quod ὀλίγον vel μικρὸν denotat, ut ἀφυὴς, i. e. μικροφυὴς, ab α et φυὴ, ἀμαθὴς, *indoctus*, vel parum doctus, ab α et μανθάνω; pro δὺς etiam, ut ἄβατος, accessu difficilis: interdum etiam κακὸν significat, ut ἀκερδὴς, ἄβουλος, ἄδωρα δῶρα, &c. (2) Ἐπιτατικὸν, *intensivum*, ut ἄξυλος, ap. *Hom.* (vid voc.); ἀστενὴς, i. e. πολυστενὴς, ap. *Apoll.*; ἀχανὴς, in immensum hians, *Hes.* (3) Ἀθροιστικὸν, *collectivum*, ut ἅπας; et vicina significatione pro ἅμα vel ὁμοῦ, ut ἄδελφος, ἄκοιτις, ἄλοχος. &c. (4) Πλεοναστικὸν, *abundans*, *supervacaneum*, ut ἄσταχυς, ἀστεροπὴ, ἀάσχετος, &c.

Ἆ, Ah! ἆ, ἆ, Ah! ah! Vox admirantis, lamentantis: Ἃ. ἃ. vel ἃ, ἃ Ha, ha, ridentis.

Ὦ, Ah! O! Oh! Ὦ, ἆ, Ah! ah! Oh! oh! Vox miserantis, admirantis.

Ἁ, nominat. sing f. g. articuli præpos. *Dorice*, pro ἡ, a masculino ὁ.

ᾇ, *cui*, dativ. sing f. g. artic. postpos. *Dorice*, pro ᾗ, ab ὅς, *qui*.

Ἅ, *quæ*, nom vel acc. plur. n. g. articuli ejusd.

Ἀάατος, ου, ὁ καὶ ἡ, (pen. comm.) valde noxius, *Od.* 22, 91. (ubi α ὑπερστερητικὸν, *Eustath.* sc. ab α priv. et ἄατος, *innoxius*.) (2) innoxius. Ab α priv. et ἄτη (vel ἄατη), noxa. (Vid. *Thesaur. Græc. Poes.* et *Dawes*, p. 381.)

Ἀαγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *Od.* 11, 574, fractu difficilis, robustus, non fractus, firmus. Ex α priv. et ἄγω, *frango*.

Ἄαδε, (pro ἧδε, *Schrev.*) *molestus fuit*, 3. sing. a. 2. ind. act. verbi

Ἀανδέω, ἀαδεῖν, non placere, ingratum esse. (Ab α priv. et ἁδεῖν, *placere*, *Steph.*) Exp. etiam (2) turbare, molestia afficere; (3) injuria affici, lædi, *Ern.* (4) inopia laborare; cibo abstinere, *Hes. Suid.* Ex α int. et ἀδέω, *tædio afficior*. Vel ab ἀηδεῖν, ex α priv. et ἡδὺς, *jucundus*, (fit ab ἄαδα, *Laconice*, pro ἐνδεία, *Steph.*)

ἈΆΖΩ, f. άσω, calidum halitum efflo, exhalo (ἀάζω, f. lædo, violo, *Dawes*, p. 183).

Ἀάθικτος, ου, ὁ καὶ ἡ, incoruptibilis, damno non obnoxius. Ex α pleon. et ἄθικτος, *intactus*.

ἈΆΜΙΝΣ, θος, ἡ, instrumentum quoddam aucupatorium; venabulum.

Ἀανὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, qui perfici nequit. Ex α priv. et (ἄνω *Poet.* pro) ἀνύω, (ab ἄνη, *effectio operis*. At ἀάνης, ὁ, ἡ, qui efficere nil potest, *Ern.*)

Ἀάομαι, lædo, *Il.* 9, 116. Hinc ἀᾶται.

Ἄαπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, non tangendus, intactus, *Gl. V. Il.* 1, 567. (2) inaccessus, (ὅτε κέν τοι ἀάπτους χεῖρας ἐφείω, *Il.* 1, 567. *Odyss.* 22, 70.) Ex α priv. et ἅπτομαι, *tango*. (3) illæsus, lædi nescius. Ex α int. vel (4) qui valde potest lædere. Ex α priv. et ἅπτω vel ἰάπτω.

Ἄασα, *læsi*, a. 1. ind. act. *Poet.* pro ἆσα.

Ἀασάμην, a. 1. ind. med. *per Dialys.* pro ἠσάμην, ab ἄω. (vel ἄτω. Verbum fictitium et abnorme, *Cl. ad Il.* 1, 116. sed vid. *Dawes*, p. 180.)

Ἀάσθην, *offensus sum*, a. 1. ind. pass. ab ἄω. νήκεστον ἀάσθη, *Hesiod. Oper. et Dies*, 283.

Ἀᾶσι, 3. pl. præs. ind. act. v. ἄημι.

Ἀάσκω, f. άσω, lædo, noceo, adficio damno. Ex α et ἀτάω, (*al.* ἄω, ἀάω, *Ern.*) idem.

Ἀασμὸς, οῦ, ὁ, halitus calidi efflatio, exhalatio. Ab ἀάζω, *halo*.

Ἀάσπετος, ον, immensus, *Callim.* si lectio sana. Ex α int. et ἄσπετος.

Ἀάσχετος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui retineri nequit; (2) nemini cedens, *Il.* 5, 892; (3) intolerandus; Μητρός τοι μένος ἐστὶν ἀάσχετον, οὐκ ἐπιεικτόν. *Il.* 5, 892. (4) insuperabilis. Ex α pleon. et ἄσχετος, idem.

Ἄαται, 3. sing. præs. ind. pass. ἄαμαι (act. ἄημι). Καὶ κρατερός περ ἐὼν ἄαται πολέμοιο, *Hesiod. Scut. Herc.* 101.

Ἄατος, ου, ὁ καὶ ἡ, innoxius. Ab α priv. (2) valde noxius. Ab α int. et ἄτη, *noxa*. (3) insatiabilis. Γύγης τ' ἄατος πολέμοιο, *Hesiod. Theog.* 714. Ab α priv. et ἆσαι, *satiasse*.

Ἀάτω, f. άσω, noceo, lædo. Ex α pleon. et ἄτω.

Ἄβαζος, ου, ὁ καὶ ἡ, mutus; (2) taciturnus, quietus. Ex α priv. et βάζω, *loquor*.

Ἀβάζω, f. σω, præclare ago.

Ἀβαθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, profunditate carens. Ex α priv. et βάθος, *profunditas*.

Ἄβαι, nom. plur. *Dor.* pro ἧβαι, ab ἥβη, *pubes*. ἐντὶ γὰρ ἆβαι, sunt enim teneræ. *Theocrit. Idyll.* 5, 109.

Ἀβακέω, f. ήσω, sileo, sc. ob ignorantiam; (2) ignoro, nescio. Οἱ δ' ἀβάκησαν πάντες, *Odyss.* 4, 249. Unde

Ἀβακήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, mutus; (2) stultus.

Ἀβακέως, *adv.* placide, quiete. Ab

Ἀβακὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, taciturnus, mutus; (2) quietus, placidus. Ex α priv. et βάζω.

Ἀβάκησαν, a. 1. ind. act. v. ἀβακέω.

Ἀβακίζω, f. ίσω, taceo; (2) quietus sum. Ὡς ἀφέλεια μεγίστη τῶν ἀβακιζομένων· quod simplicitas sit maxima rerum placidarum. Inter *Fragm. Anacr.* p. 272, edit. Barnes.

Ἀβάκιον, ου, τὸ, abaculus, &c. Dim. ab ἄβαξ. q. v.

Ἀβακίσκος, ου, ὁ, tessella pavimenti, vel operis musivi. Ab eod.

Ἀβάκχευτος, ου, ὁ καὶ ἡ, alienus a Baccho, i. e. tristis; Bacchi numinis expers, aut male bacchans, (vino carens, vid. *Thes. Gr. P.*) Ab α priv. et βακχεύω: sed et *valde bacchans*, ab α int. explicari posse ait Schol. ad *Eur. Or.* 319. ἀβάκχευτος θίασος, festum dissimile Bacchico.

ἈΒΑ'ΛΕ, *adv.* (antep. product.) utinam, *Hes.* (2) heu, phy! *Ep.*

ἌΒΑΞ, ακος, ὁ, acc. ἄβακα, abacus; (2) tabula mathematica, in qua lineæ atque figuræ describi solent; (3) tabula calculatoria; (4) tabula aleatoria; (5) tabula, s. mensa, cui vasa imponuntur. *Gl. V.* abacus, armarium.

Ἄβαξ, ακος, ὁ καὶ ἡ, id. quod ἀβακὴς, *Eustath.*

Ἀβάπτιστον, ου, τὸ, terebella, instrumentum medicorum. Ex α priv. et βαπτίζω.

Ἀβάπτιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, immersabilis, qui mergi non potest, vel non mergitur; (2) non baptizatus. Ex iisd.

Ἄβαπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, intinctus; (2) cujus acies durata non est. Ex α priv. et βάπτω, *tingo*.

ἌΒΑΡ, αρος, τὸ, placentæ genus.

Ἀβαρὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, non onerosus. *Met.* non molestus. Ex α priv. et βάρος, *onus*.

Ἄβαρις, εως, ἡ, continentis habitator. Ex α priv. et βάρις, *navis*, adeoque proprie, cui non est navis.

Ἄβας, *pubis*, gen. sing. *Dor.* pro ἥβης, ab ἥβη.

'Αβάσαι, præclare egisse, a. 1. infin. act. verbi ἀβάζω, præclare ago.

Ἀβασάνιστος, ου, ὁ ἡ, inexploratus, non examinatus, non spectatus, non tortus, *Hes.* (2) expers doloris. Ex α priv. et βασανίζω.

Ἀβασανίστως, *adv.* temere, re non examinata.

Ἀβασίλευτος, ου, ὁ ἡ, rege carens, regi non subditus. Ex α priv. et βασιλεύω.

Ἀβάσκανος, ου, ὁ ἡ, invidia vacuus, non invidens; (2) non mendax, verus. Ex α priv. et βασκαίνω.

Ἀβάσκαντον, ου, τὸ, fascini amuletum. Ex iisd.

Ἀβάσκαντος, ου, ὁ ἡ, invidia carens, ab invidia tutus. *Gl. V.* infascinabilis. Ex iisd.

Ἀβασκάντως, *adv.* citra invidiam. *Gl. V.* sine fascino, infascinate, præfiscine.

Ἀβασκάνως, idem.

Ἀβάστακτος, ου, ὁ ἡ, q. d. importabilis, portatu impossibilis. Ex α priv. et βαστάζω, *porto.*

Ἀβατὰς, *Dor.* pro ἡβητὴς, puber. Παῖδα τὸν ἀβατὰν Ἀκταίονα, *Callim. Lav. Pall.* 108.

ἌΒΑΤΟΝ, ου, τὸ, adytum. Ab

Ἄβατος, ου, ὁ ἡ, invius, accessu vel aditu difficilis; (2) sacer, non adeundus; (3) desertus, desolatus; (4) παρθένου ἀβάτου; sic et ἵππους ἀβάτους, sc. quæ non conscenduntur, *Lucian.* Ex α priv. et βαίνω. Hinc

Ἀβατόω, ῶ, f. ώσω, desertum reddo.

Ἄβαφος, ου, ὁ ἡ, non tinctus. Ex βάπτω.

ἈΒΒΑ῀, pater. Nomen Syr. indecl.

Ἄββαλε, 3. sing. a. 2. ind. act. *Poet.* pro ἀπέβαλε, vel ἀνέβαλε· ab ἀποβάλλω, vel ἀναβάλλω.

Ἀβδέλυκτος, ου, ὁ ἡ, non exsecrabilis.

Ἀβέβαιος, ου, ὁ ἡ, inconstans, qui facile mutatur, instabilis, infirmus.

Ἀβεβαιότης, ητος, ἡ, infirmitas. *Gl. V.* instabilitas.

Ἀβεβαίως, *adv.* inconstanter.

Ἀβέβηλος, ου, ὁ ἡ, non profanus, sacer, sacrosanctus, de loco quem non fas est adire.

Ἀβελτηρία, ας, ἡ, stultitia, amentia, insipientia, vesania. Vel Ἀβελτηρία, vecordia. *Gl. V.* ruditas. Ab ἀβέλτερος.

Ἀβελτεροκόκκυξ, γος, ὁ ἡ, *verbum comicum,* stultus; (2) vanus. Ex ἀβέλτερος et κόκκυξ, *cuculus.*

Ἀβέλτερος, ου, ὁ ἡ, stultus, insipiens, vecors, melius non cognoscens. *Gl. V.* stolidus.

Ἀβέρβηλος, ου, ὁ ἡ, incompositus, inanis, vel idem quod Ἀβύρβηλος, *Hes. Suid.*

Ἀβίαστος, ου, ὁ ἡ, non coactus, sine violentia. Hinc τὸ ἀβίαστον, ου, libertas. Ex α priv. et βιάζω, *cogo.*

Ἀβιάστως, *adv.* sine violentia, libere, non coacte. A præc.

Ἄβιος, ου, ὁ ἡ, cui non suppetit victus. Ex α priv. et βίος, i. e. βίοτος, *victus.* (2) dives. Ex α int. (3) longævus. Ex α int. et βίος, *vita.* (4) inermis. Ex α priv. et βιὸς, *arcus.* (5) valde robustus. Ex α int. et βία, *vis.* (6) non violentus, non injurius. (1) vel (2) *Il.* 13, 6. incertum quo sensu acceperit Poeta: ejus temporibus, credo, nihil ambigui fuisse.

Ἀβίωτος, ου, ὁ ἡ, non vitalis, sine vita; (2) malus, injucundus, molestus: ἀβίωτον et ἀβίωτα, *pl.* vita non vitalis, i. e. misera.

Ἀβιώτως, *adv.* cum tædio vitæ.

Ἀβλαβεία, ας, ἡ, incolumitas; (2) innocentia. Ἐπ' ἀβλαβίῃσι νόοιο, *Hom. Hymn. in Merc.* 593. Ab ἀβλαβής.

Ἀβλαβέως, et Ἀβλαβῶς, *adv.* innoxie; *pass.* citra noxam, illæse. Ἀβλαβέως ἀπὸ ποσσὶν ἐδήσατο, absque damno sub pedibus ligavit, *Hom. Hymn. in Merc.* 83. Ab

Ἀβλαβὴς, έος, ὁ ἡ, innoxius, innocuus, non nocens; (2) noxæ expers, illæsus. Ex α priv. et βλάπτω.

Ἄβλαπτος, ου, ὁ ἡ, noxæ expers; (2) innocuus. Ex iisd.

Ἀβλαστέω, ῶ, f. ήσω, male germino, non succresco. Ex α priv. et βλαστέω, seu βλαστάνω.

Ἀβλαστὴς, έος, ὁ ἡ, male germinans, infecundus. Ex iisd.

Ἄβλαστος, ου, ὁ ἡ, idem et ex iisdem.

Ἀβλαύτοις, sine soleis, discalceatus. Ἀβλαύτοισι πόδεσσιν ἀν' οὔρεα πάντ' ἀλάληνται, *Opp. Cyn.* 4, 369.

Ἀβλεμὴς, έος, ὁ ἡ, audacia carens, imbellis, iners. Ex α priv. et βλεμεαίνω, a βλέμμα, *Eustath.* (vid. *Thes. Gr. P.*) Hinc

Ἀβλεμέως, *adv.* imbeciliter, ignave, *al.* negligenter. Sed et pro ἀμελέως, *E. M. Suid.* ab ἀμελής. q. v.

Ἀβλεπτὴς, έος, ὁ ἡ, despectus, vilis, indignus qui videatur. Ex α priv. et βλέπω, *video.*

Ἀβλεπτέω, f. ήσω, non video, conniveo, cæcutio; (2) pecco. Ex iisd. Hinc

Ἀβλέπτημα, ατος, τὸ, peccatum, erratum.

Ἀβλεψία, ας, ἡ, cæcitas; (2) inconsiderantia.

Ἀβλὴς, ῆτος, ὁ ἡ, nondum jactus, *Il.* 4, 117. (male jactus, *E. M.*) Ex α priv. et βάλλω, *jacio.*

Ἄβλητος, ου, ὁ ἡ, nondum missus, nondum jactus; (2) non ictus, non vulneratus, illæsus, *Il.* 4, 540. Ex iisd.

Ἀβληχὴς, ὲς, ubi nulli sunt balatus, *Ep.* Ex α priv. et βληχή.

Ἀβληχρὸς, ου, ὁ ἡ, al. ἀβληχρὸς, ρὰ, ρὸν, debilis, infirmus; (2) fortis. Ex α priv. vel pleon. et βληχρὸς, *debilis.*

Ἀβλίμαστος, ὁ ἡ, intactus. Ab α priv. et βλιμάζω, *premo.*

Ἀβλόει, *sacrifica,* 2. sing. præs. imper. act. *contract.* pro ἀβλόεε, a verbo ἀβλοέω.

Ἀβοηθησία, ας, ἡ, auxilii defectus. Ex α priv. et βοηθέω, *auxilior.*

Ἀβοήθητος, ου, ὁ ἡ, auxilio destitutus; (2) remedio carens, immedicabilis. Ex iisd.

Ἀβοητὶ, *adv.* sine clamore, sine pugna. Ab α priv. et βοή.

Ἀβόητος, ον, ubi nullus est clamor, vel sine pugna, *Nonn.* Ex α et βοή.

Ἀβολέω, occurro. Ὥστ' ἀβόλησαν Λητοΐδη κατὰ νῆσον, *Apoll. Rhod.* 11, 770.

Ἀβόλησα, a. 1. ind. act. *Ion.* pro ἠβόλησα, a verbo ἀβολέω, *occurro.*

Ἀβολήτωρ, ορος, ὁ, qui occurrit seu convenit, *E. M.* Ab ἀβολέω.

Ἄβολος, ου, ὁ ἡ, (pullus equinus) qui nondum amisit dentes ætatis indices. Ex α priv. et βάλλω, *jacio.*

Ἄβοτος, ου, ὁ ἡ, pascuis carens, non pastus. Ex α priv. et βόσκω, *pasco.*

Ἀβουκόλητος, ου, ὁ ἡ, injucundus, (vid. *Thes. Gr. P.*) fastidiosus, repudiandus, *Ern.* Ex α priv. et βουκολέω, *demulceo.*

Ἀβουλεὶ, *adv.* inconsulte, temere.

Ἀβουλεύτως, *adv.* inconsulto, sine deliberatione. Ex α priv. et βουλεύω, *consulto.*

Ἀβουλέω, f. ήσω, nolo; (2) non consulto. Ex α priv. et βουλή.

Ἀβουλὴς, έος, ὁ ἡ, nolens, invitus; (2) inconsultus. Ex α priv. et βούλομαι, vel βουλή.

Ἀβουλησία, ας, ἡ, nolentia. Ex α priv. et βούλομαι. Potius ex ἀβουλέω. Et hinc

Ἀβούλητος, ου, ὁ ἡ, invitus, non voluntarius; (2) quem nolumus, qui nobis invitis accedit.

Ἀβουλήτως, *adv.* involuntarie, præter voluntatem; (2) fortuito.

Ἀβουλία, ας, ἡ, consilii inopia; (2) temeritas, imprudentia; (3) amentia, stultitia; (4) consilii pravitas. Ex α priv. et βουλή.

Ἄβουλος, ου, ὁ ἡ, consilii expers; (2) stultus. *Gl. V.* incogitans, inconsultus, id. quod δύσβουλος, *Soph.*—vel κακόβουλος, *Thucyd.*

Ἀβουλότατα, *adv.* inconsultissime, inconsideratissime, *Herodot.*

Ἀβούλως, *adv.* temere, imperite, male, inconsulte, sine ratione. Ab ἄβουλος.

Ἀβούτεω, gen. sing. *Ion.* pro ἀβούτου, ab

Ἀβούτης, ου, ὁ, bobus carens. Ex α et βοῦς, *bos*: *al.* egenus. Κραδίην δ' ἴδακ' ἀνδρὸς ἀβούτεω, *Hesiod. Oper. et Dies,* 449 et 451. Ex α priv. et βοτὸν, *pecus. E. M.*

ἌΒΡΑ, vel ἅβρα, ας, ἡ, ancilla honestior, pedissequa.

Ἀβράκησαν, *sonuerunt,* 3. pl. a. 1. ind. act. *Ion.* pro ἠβράκησαν, ab ἀβρακέω.

Ἄβραχε, 3. sing. imperf. ind. act. *Ion.* pro ἔβραχε, ab ἀβράχω, *sono.*

Ἄβρεκτος, ου, ὁ ἡ, non madefactus, ubi non pluit. Ex α priv. et βρέχω.

Ἁβρίζομαι, delicato cultu utor, delicate me orno. Ab ἁβρός.

Ἀβρίζω, f. ίξω, mox a cibo dormito; (2) dormito. Ex α int. et βρίζω.

Ἀβριθὴς, έος, ὁ ἡ, sine pondere, levis. Ex α priv. et βρίθω, *sum gravis.*

Ἁβρίξαι, a. 1. inf. act. v. ἁβρίζω. Unde

Ἄβρικτος, ου, ὁ ἡ, insomnis, vigil; (2) surdaster, ex parte tantum audiens.

Ἁβροβάτης, ου, ὁ, molli incessu utens. Ex ἁβρὸς et βαίνω.

Ἁβρόβιος, ὁ ἡ, qui mollioris vitæ est, delicatus, ἁβροβίων Ἀράβων γένος, *Dionys.* 968.

Ἁβρογόος, ου, ὁ ἡ, molles gemitus edens, *Æschyl. Pers.* 541.

Ἁβρόδαις, ὁ, idem quod ἁβροδίαιτος, *Ath.*

Ἁβροδιαιτάομαι, ῶμαι, vitam mollem et delicatam ago. Ex ἁβρὸς et δίαιτα.

Ἁβροδίαιτος, ου, ὁ ἡ, molliter et delicate vivens. *Gl. V.* ἁβροδίαιτον, delicatum.

Ἁβροείμων, ονος, ὁ ἡ, delicate vestitus. Ex ἁβρὸς et εἷμα, *vestis.*

Ἁβρόκαρπος, ου, ὁ ἡ, molles et delicatos fructus ferens.

Ἁβροκομάω, f. ήσω, capillos orno; (2) molli coma sum; (3) deliciosus sum. Ex κόμη.

Ἁβροκόμης, *Dor.* ἁβροκόμας, ου, ὁ, qui molli et delicata coma est. Ex iisd.

Ἁβρόκομος, ου, ὁ ἡ, idem et ex iisd. *Suid.*

Ἀβρομία, ας, ἡ, tenebræ. Ab ἄβρομος, quia tenebræ strepitu carent.

Ἀβρόμιος, ου, ὁ ἡ, abstinens a vino, abstemius.

Ἄβρομος, ου, ὁ ἡ, strepitum magnum edens, tumultuosus, *Il.* 13, 41. Ex α int. et βρόμος, *strepitus.*

Ἁβρόπηνος, ου, ὁ ἡ, molli et subtili stamine contextus. Ex ἁβρὸς et πήνη, *Ern.* πῆνος, tela, *Hes.*

Ἁβρόπλουτος, ου, ὁ ἡ, molli et opulento ornatu condecoratus.

Ἁβρὸς, ὰ, ὸν, mollis, delicatus; (2) lautus; (3) festivus; (4) gravitatem præ se ferens.

Ἁβροσταγὴς, έος, ὁ ἡ, mollitie diffluens. Ex ἁβρὸς et στάζω, *stillo.*

Ἁβροσύνη, ης, ἡ, mollities, deliciæ, luxus; (2) splendor, nitor. Ab ἁβρός.

Ἀβροτάζω, f. άσω, noctu vagor; (2) aberro, *Il.* 10, 56. Ab ἀβρότη, *nox.*

Ἀβροτέω, nocte occurro; (2) pecco. Ab eod.

ἈΒΡΟ´ΤΗ, ης, ἡ, nox, aliquando cum nomine νὺξ, (*Il.* 14, 78.) Quasi ex α priv. et βροτὸς, *homo,* quia noctu homines latent, et nox illis quasi favet.

Ἀβροτήμων, ονος, ὁ, peccator. Ab ἀβροτέω.

Ἁβρότης, ητος, ἡ, mollities. Ab ἁβρός.

Ἁβρότιμος, ὁ ἡ, delicatus, pretiosus. Ex ἁβρὸς et τιμὴ, *decus, pretium.*

Ἀβροτόνινος, ίνη, ινον, confectus ex abrotono.

Ἀβροτονίτης, ου, ὁ, ut ἀβροτονίτης οἶνος, vinum abrotonites. Ab

ἈΒΡΟ´ΤΟΝΟΝ, ου, τὸ, abrotonum, genus herbæ perpetuo virentis. *Angl.* SOUTHERNWOOD.

Ἄβροτος, ου, ὁ ἡ, immortalis, incorruptus, divinus, *Hom.*—carens mortalibus, *Æsch.*—sensu non præditus, *Suid.*—inhumanus, *Hes.*

Ἁβροχαίτης, ου, ὁ, *Dor.* ἁβροχαίτας, qui tenera et molli coma est. Ex ἁβρὸς et χαίτη.

Ἀβροχία, ας, ἡ, siccitas, pluviæ defectus. Ab

Ἁβροχίτων, ωνος, ὁ ἡ, molli tunica indutus.

Ἄβροχος, ου, ὁ ἡ, immadidus, non madefactus, ubi non pluit, siccus. Ἔτι δ' ἄβροχος ἦεν ἅπασα Ἀρκαδίη, *Call. in Jov.* 19. Ex α priv. et βρέχω, *madefacio.*

Ἀβρόχως, *adv.* sine pluvia.

ἌΒΡΥΝΑ, vel ἄβρυνα, ων, τὰ, mora. (f. ab ἁβρὸς, *Steph.*)

Ἁβρύνω, ἁβρύνομαι, ornor, deliciis indulgeo, nitesco, cultum mihi comparo, glorior, insolesco. Ab ἁβρός.

Ἄβρωμος, ὁ ἡ, sine fœtore, sine salsugine.

Ἁβρῶς, *adv.* molliter, delicate.

Ἀβρὼς, ῶτος, ὁ ἡ, idem quod

Ἄβρωτος, ου, ὁ ἡ, non voratus, non exesus; (2) cariem non sentiens; (3) esui ineptus. *Gl. V.*

*Gl. V.* ἄϐρωτον, irrosum, inesum. Ex α priv. et βρώσκω, voro, edo.

Ἄϐυθος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem quod

Ἄϐυσσος, *adj.* fundo carens; ut passim usurpatur. Sed et substantive abyssus, infinitæ profunditatis vorago; (2) in sacris, gehenna, infernus; (3) *Trop.* adfluentia rerum. Ex α priv. et βυσσὸς, *Ion.* pro βυθός.

ἈΒΥΡΒΗΛΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, multus, magnus, satietatem adferens; (2) impudens, invisus, *Hes. Suid.* Ἀϐύρϐητον, *E. M.*

Ἀϐυρτάκη, ἡ, barbarium ἐπίτριμμα, et edulium, *Alex. ap. Athen.* Hinc

Ἀϐυρτακοποιὸς, ὁ καὶ ἡ, qui vel quæ conficit ἀϐυρτάκην, *Demetr. ib.*

Ἀϐυσσοτόκος, ον, abyssum habens seu pariens, *Cyr.*

Ἀγάασθαι, præs. inf. med. *Poet.* pro ἄγασθαι, ab ἄγαμαι.

Ἀγάγας, *qui duxit*, a. 2. part. act. *Ion.* pro ἀγαγὼν, et hoc *Att.* pro ἀγὼν, ab ἄγω.

Ἀγαγεῖν, *duxisse*, a. 2. inf. act. *Dor.* pro ἀγαγεῖν, et hoc *Att.* pro ἀγεῖν.

Ἀγάγετε, 2. pl. a. 2. imper. act. *Att.* pro ἄγετε.

Ἀγάγοι, 3. sing. a. 2. opt. act. *Att.* pro ἄγοι.

Ἀγαγῶ, *ducam*, f. 2. ind. act. *Att.* pro ἀγῶ.

Ἀγάζηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, invidus; (2) qui valde æmulatur, *Steph.* Ex ἄγαν et ζῆλος.

Ἀγάζομαι, admiror, suspicio; (2) veneror; (3) indignor, succenseo, *Il.* 14, 111. (4) invideo. Ἀγάζομαι σοῦ τὸ φρόνημα, σὲ τοῦ φρονήματος, ἀνδρὸς ἀρετῆς, ἀγασθεὶς τοῖς λόγοις. Ab ἀγάω.

Ἀγαθαρχία, ας, ἡ, boni principium. Ex ἀγαθὸς et ἀρχὴ, *principium*.

Ἀγάθεος, *Pind.* p. 9. Vid. ἠγάθεος.

Ἀγαθεωρέω, ῶ, admirabundus intueor. Ex ἄγαν.

Ἀγαθίζομαι, bona dico, bonis omnibus prosequor. Ab ἀγαθὸς, *bonus*.

Ἀγαθικὸς, ἡ, ὸν, probus; (2) recte et cum virtute factus. Ab eod.

ἈΓΑΘΙ'Σ, ἴδος, ἡ, glomus.

Ἀγαθοδότης, ου, ὁ, bonorum dator. (Et Ἀγαθοδότις, ἡ, fem. *Steph.*)

Ἀγαθοεργέω, benefacio, bene ago. Ex ἔργον.

Ἀγαθοεργία, ας, ἡ, beneficentia. Ex iisd.

Ἀγαθοεργοὶ, qui ex equitibus exibant quinque quot annis apud Spartiatas, *Hes.* vel ut *Suidas*, illi qui ex ephoris deligebantur strenuitatis ergo. Ἐς δὴ Λίχης τῶν ἀγαθοεργῶν καλεομένων Σπαρτιητέων ἀνεῦρεν, *Herodot.* 1, 67.

Ἀγαθοεργὸς, οῦ, beneficus, bene meritus.

Ἀγαθοθέλεια, ας, ἡ, bonorum electio, sive voluntas, adfectus eligendi bona, *Suid.* Ex θέλω.

Ἀγαθοποιέω, f. ήσω, bene recteque ago; (2) beneficio adficio; (3) prosum.

Ἀγαθοποιΐα, ας, ἡ, beneficentia, boni efficientia; (2) beneficiorum collatio; (3) benefactum. Ab

Ἀγαθοποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, bonum vel bona efficiens; (2) munificus, beneficus. Ex ποιέω.

Ἀγαθοπρεπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, bonos decens; (2) benignus. Ex ἀγαθὸς et πρέπω.

Ἀγαθοπρεπῶς, ut bonum decet; (2) benigne.

Ἀγαθόῤῥυτος, ον, pure fluens. Ex ἀγαθὸς et ῥέω, *Synes.*

ἈΓΑΘΟ'Σ, ἡ, ὸν, bonus, probus; (2) fortis, strenuus; (3) prudens; (4) præstans, excellens; (5) peritus alicujus rei; (6) utilis; (7) faustus, secundus, felix; (8) lautus, opiparus; (9) benevolus; (10) frugifer; (11) purus; (12) dives; (13) servit et ironiæ in allocutionibus. Ἀγαθὸν, οῦ, τὸ, bonum; (2) commodum, emolumentum; (3) hinc formula ἐπ' ἀγαθῷ, auspicato, item bono consilio; (4) ap. *Scriptores Eccl.* S. Cœna. Ἀγαθὰ, τὰ, divitiæ, opes; (2) res secundæ; (3) virtutes. Hinc

Ἀγαθοσύνη, ης, ἡ, bonitas, *Gl. V.* adfectus ad benefaciendum proximo. *N. T.*

Ἀγαθοτέλεια, ας, ἡ, boni efficientia, boni perfectio. Ab

Ἀγαθοτελὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, boni efficiens; (2) perfecte bonus. Ex ἀγαθὸς et τέλος.

Ἀγαθότης, ητος, ἡ, bonitas, probitas, benevolentia. Ab ἀγαθός.

Ἀγαθουργέω, ῶ, f. ήσω, benefacio. Ab ἀγαθουργός.

Ἀγαθουργὴς, beneficus. Ex ἀγαθὸς et ἔργον.

Ἀγαθουργία, ας, ἡ, *Ion.* ἀγαθουργίη, beneficentia; (2) bonum opus.

Ἀγαθουργικὸς, ἡ, ὸν, beneficus, benignus.

Ἀγαθουργὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, beneficus, benignus.

Ἀγαθοφυὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, natura seu indole bonus. Ex ἀγαθὸς et φυή. Hinc

Ἀγαθοφυΐα, ας, ἡ, bonitas a natura proveniens.

Ἀγαθυνθεὶς, *gavisus*, a. 1. part. pass. verbi

Ἀγαθύνω, f. υνῶ, benefacio, bonum efficio; (2) beneficio adficio; (3) exhilaro; et ἀγαθύνομαι, bene adfectus sum.

Ἀγαθῶς, *adv.* bene; (2) utiliter; (3) valide.

Ἀγαθώτατος, *optimus*, ab ἀγαθός.

Ἀγαίεται, 3. sing. præs. med. v. ἀγαίομαι.

Ἀγαῖος, αία, αῖον, admirabilis; (2) invidiosus. *Gl. V.* invidus; (3) elegans. Ab ἀγάω, *demiror*, (potius ab ἄγη, *E. M.*)

Ἀγαίω, et quod usitatius, ἀγαίομαι, admiror; ἀγαιόμενος προσέειπεν, mirabundus, *Apoll. Rhod.* 1, 899; (2) obstupefacio, perterrefacio; (3) succenseo, indignor. Τῷ δή τοι Ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται, irascitur, *Hesiod. Oper. et Dies*, 331; (4) invideo. Ab ἀγάω.

ἈΓΑΙ'ΩΝ, ονος, ὁ, Sol. *V. L.*

Ἀγακλεὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, valde gloriosus, percelebris. Ex ἄγαν et κλέος, *gloria*. Hinc

Ἀγακλειτὸς, ἡ, ὸν, valde celebris, præclarus, inclytus, *Il.* 2, 564.

Ἀγακλεῶς, studio gloriæ, *Ern.* celeberrime, valde gloriose, *Hipp.*

Ἀγακλήεις, εσσα, εν vide ἀγακλεὴς, *Apoll.*

Ἀγακλυτὸς, ἡ, ὸν, percelebris, inclytus.

Ἀγακτίζω, bene condo, perf. part. ἀγακτισμένη (vel ἀγακτιμένη) πόλις, urbs pulchre extructa, *Pind. Pyth.* 5, 107. Ex ἄγαν et κτίζω.

Ἀγάλακτες, ων, οἱ, collactanei, sc. qui idem lac suxerunt; (2) consanguinei; (3) æquales, ætate pares; (4) simul educati; (5) fratres; (6) sacrorum gentilitiorum participes; (7) lacte carentes. Οὐδ' ἀγάλακτες ὄϊες, οὐδ' ἄκυθοι, neque sine lacte oves, aut steriles fuerint, *Call. in Apoll.* 52. Sing. ἀγάλαξ reperitur in *Hesychio*. Ex α notante ὁμοῦ et γάλα, *lac*.

Ἀγαλακτία, ας, ἡ, lactis penuria; (2) lactis abundantia. Ex α priv. vel int. et γάλα.

Ἀγάλακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, lacte carens; (2) collactaneus, *Ern.* Idem quod ἀγάλαξ. vide supra in ἀγάλακτες. Ἔθρεψεν δὲ λέοντα σίνιν δόμοις ἀγάλακτον, leonem educavit exitialem ædibus lacte nutritum, *Æschyl. Agam.* 726. Ex iisd.

Ἀγαλακτοσύνη, ης, ἡ, cognatio, qu. lactis communicatio; (2) lactis inopia. Ab α i. e. ὁμοῦ, vel α priv. *Ern.*

Ἀγαλέος, vide ἠγαλέος, *E. M.*

Ἀγαλλητὸν, οῦ, τὸ, delectabile; (2) admirabile. Ab ἀγάλλω.

Ἀγαλλίαμα, ατος, τὸ, exsultatio præ gaudio magno, *Ph.* exultatio, al. *Gl. V.* jubilum. Ab ἀγαλλιάομαι.

Ἀγαλλιᾶσθε, *exultate*, 2. pl. præs. imperat. med. *contr.* pro ἀγαλλιάεσθε, ab ἀγαλλιάω.

Ἀγαλλίασις, εως, ἡ, exultatio, lætitia, *N. T.*

Ἀγαλλιάω, ῶ, et frequentius ἀγαλλιάομαι, ῶμαι, f. άσομαι, exsulto, gestio, tripudio. *Gl. V.* ἀγαλλιῶμαι, jubilo. Ab ἀγάλλω.

ἈΓΑ'ΛΛΟΧΟΝ, ου, τὸ, lignum Indicum, odoratum et gustu austeriori, *Diosc.*

ἈΓΑ'ΛΛΩ, f. -αλῶ, orno, insignio, facio delectabile; et ἀγάλλομαι, glorior, oblecto me aliqua re, gaudeo, gestio, exsulto: a. 1. inf. ἀγῆλαι, decorare.

Ἄγαλμα, -ματος, τὸ, ornamentum, oblectamentum; (2) simulacrum, statua, imago, *Il.* 4, 144. (3) res ornata, ut victima sertis, auro ornata; (4) simulacrum dei. Βασιλῆϊ δὲ κεῖται ἄγαλμα, regi vero est repositum deliciis, *Il.* 4, 144; (5) de liberis, ἄγαλμα ματρὸς, de filia, *Eurip. Sup.* 1154. Νηρέως ἀγάλματα, Nerei quinquaginta filiæ. *Id. Iph. in Tauris*, 273. Καδμείας νύμφας ἄγαλμα καὶ Διὸς γόνος, Cadmeæ decus o puellæ et Jovis soboles, *Soph. Antig.* 1115. Εἰ γὰρ ματέρος ἄγαλμα φόνιον ἀξέλοι, utinam auferat meos filios caesos, *Eurip. Suppl.* 369, 370; *Il.* 4, 144.

Ἱερὸν ἄγαλμα Κύπριδος, *Callim. in Delum*, 307. *Id. in Lav. Pall.* 39. *Epig.* 35, 1. Ab ἀγάλλω.

Ἀγαλμάτιον, ου, τὸ, simulacrum parvum, imaguncula, statua parva. Dim. ab ἄγαλμα.

Ἀγαλματογλύφος, ου, ὁ, marmorarius, *Ph.* sculptor. Ab ἄγαλμα et γλύπτω, *sculpo*.

Ἀγαλματοποιέω, ῶ, statuas conficio. Hinc

Ἀγαλματοποιητικὸς, ἡ, ὸν, conficiens statuas. Hinc ἡ ἀγαλματοποιητικὴ, ῆς, sc. τέχνη, ars statuaria, seu conficiendi statuas.

Ἀγαλματοποιΐα, ας, ἡ, simulacrorum confectio, *Ern.* Ab

Ἀγαλματοποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, statuarum et simulacrorum fabricator, statuarius. *Gl. V.* fictor simulacri, sigillarius.

Ἀγαλματουργία, ας, ἡ, ars statuaria, seu conficiendi statuas et simulacra. Hinc

Ἀγαλματουργικὸς, ἡ, ὸν, conficiens statuas, vel pertinens ad confectionem statuarum. Ab

Ἀγαλματουργὸς, οῦ ὁ καὶ ἡ, statuarius. Ex ἔργον.

Ἀγαλματοφορέομαι, οῦμαι, quasi simulacrum gestor, in animo circumferor. Exp. etiam decorari, insigniri, *Hes.*

Ἀγαλματόω, ῶ, f. ώσω, in simulacrum verto; (2) simulacrum facio. Ab ἄγαλμα.

Ἀγαλμοτυπὴς, ὲς, idem quod ἀγαλματοποιὸς, *Maneth.* Ex ἄγαλμα et τύπτω.

Ἄγαμαι, admiror, *Il.* 3, 180. (2) probo, laudo. a. 1. ἠγάσθην. part. ἀγασθεὶς, admiratus. Ἄγαμαί σε τούτου, σοῦ τοῦτο, τῆς ἀρετῆς. Ab ἀγάω.

Ἀγαμένως, *adv.* mirabiliter, mirifice, cum admiratione. Ab ἄγαμαι part. ἀγαμένος.

Ἀγάμετος, ου, ὁ καὶ ἡ, cælebs, nuptiarum expers. Ex α priv. et γαμέω, *nubo*.

Ἀγαμία, ας, ἡ, cælibatus. Ab ἄγαμος.

Ἀγάμιον, ου, τὸ· ἀγαμίου δίκη, crimen cælibatus, id. et ab eod.

Ἄγαμος, ου, ὁ καὶ ἡ, cælebs, qui uxorem non duxit, vel quæ non nupsit, *Ph.* cælebs, *Il.* 3, 40. (2) viduus, qui uxore mortua factus est cælebs. γάμος ἄγαμος, nuptiæ quæ non sunt nuptiæ, id est, nuptiæ nefariæ, vel infaustæ, inauspicatæ, *Soph. Œd. Tyr.* 1214.

ἌΓΑΝ, *adv.* nimis, immodice, nimium, valde, (aliquando nominis adjectivi formam induit cum articulo, ut τὸν ἄγαν φόϐον, *Plut.*) οὐ καλὸν αὐτὸν ἔφαν, οὐ γὰρ ἄγαν ἐδόκει, non pulchrum eum dixi: neque multum mihi esse visus est, *Call. Epig.* 47, 2.

ἈΓΑΝΑΚΤΕ'Ω, ῶ, f. ήσω, indignor, stomachor, ægre fero, conqueror, succenseo, excandesco, ringor. Ἀγανακτεῖν τινι, πρός τινα, κατά τινος. Hinc

Ἀγανάκτησις, εως, ἡ, indignatio, stomachatio.

Ἀγανακτητὸς, ἡ, ὸν, indigne ferendus. Ab eod.

Ἀγανακτικὸς, ἡ, ὸν, querulus, qui facile queritur et ægre fert casus incommodos. Ab eod.

Ἀγανακτικῶς, irate, ægre.

Ἀγανὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, mitis, lenis, placidus, comis. Ex α int. et γάνος, *lætitia*.

Ἀγανῆσι, *Ion.* pro ἀγαναῖς, ab ἀγανός.

Ἀγάννιφος, ου, ὁ καὶ ἡ, valde nivosus, nivalis, *Il.* 1, 419. Ex ἄγαν et νίφομαι.

Ἀγανοϐλέφαρος, ου, ὁ καὶ ἡ, blandos habens oculos. Ex ἀγανὸς et βλέφαρα, *palpebræ*.

Ἀγάνορας, acc. pl. *Dor.* pro ἀγήνορας.

Ἄγανος, fractus, vel qui facile frangitur, *Suid.* Ab ἄγω, *frango*.

Ἀγανὸς, ἡ, ὸν, mitis, placidus, blandus, *Il.* 2, 164. (2) desiderabilis. Ex α int. et γάνος.

Ἀγανοφροσύνη, ης, ἡ, comitas, mansuetudo, lenitas, jucunditas, *Il.* 24, 471. Ab

Ἀγανόφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, mitis, blandus, mansuetus, placidus, *Il.* 20, 467. Ex φρήν.

Ἀγανώπης, ου, ὁ, qui blandis est oculis. Ex ἀγανὸς et ὤψ. Hinc

Ἀγανῶπις, ιδος, ἡ, placidum adspectum habens, blando adspectu intuens.

Ἀγάνωρ, *Dor.* pro ἀγήνωρ, strenuus.

Ἀγαπάζοντι, *Dor.* pro ἀγαπάζουσι, ab

Ἀγαπάζω, amo, comiter excipio, amplexor; (2) curo, condo, *de funere*. Ab

ἈΓΑΠΑ'Ω, f. ήσω, amo, diligo; (2) amice et

 hilare

hilare excipio; (3) osculor; (4) præfero; (5) contentus sum, adquiesco, probo. Ἠγάπα, εἰ δύναιτο τὴν χώραν ἀδῄωτον διαφυλάττειν. *Xenoph. Hist.* 3. contentus erat si modo regionem a direptione immunem servare posset. ἀγάπησον, dilige, *Ph.* a. 1. act. ἀγαπηθεὶς, dilectus, *Ph.* a. 1. part. pass. ἠγαπημένος, dilectus, *Ph.* dilectissimus, perf. part. pass. Ἀγαπᾷν τὰ χρήματα, τὶ ἀντὶ, seu πρὸ ἐκείνου, μᾶλλον ἢ, præferre; τοῖς παροῦσι, sorte contentus esse.

Ἀγαπαστὸς, ὁ ϗ ἡ, amplectendus.

Ἀγάπη, ης, ἡ, amor, dilectio, caritas; (2) osculum. ἀγάπαι, convivia Christianorum sacra. Ab ἀγαπάω.

Ἀγάπημα, ματος, τὸ, dilectio; (2) res, seu persona, quæ amatur. Ab eod.

Ἀγαπήνωρ, ορος, ὁ, fortis, strenuus, virtutis amans, *Il.* 8, 114. Ex ἀγαπάω et ἠνορίη, *Ion.*

Ἀγάπησις, εως. ἡ, dilectio. Ab ἀγαπάω.

Ἀγαπησμὸς, ȣ̃, ὁ. idem. Ab eod.

Ἀγαπητέον, sc. ἐςὶ, adquiescendum est, contentum esse oportet. Ab eod.

Ἀγαπητέος, έα, έον, amandus. Ab eod.

Ἀγαπητικὸς, ἡ, ὸν, vim diligendi habens.

Ἀγαπητικῶς, *adv.* amanter, benevole.

Ἀγαπητὸς, ἡ, ὸν, dilectus, carus, amabilis; (2) unicus, sc. unigenitus; (3) vir cum diaconissa habitans, ut ἀγαπητὴ, virgo habitans cum monachis cælibatum professis; (4) ἀγαπητόν ἐςι, boni consulendum est, non respuendum est. Ab ἀγαπάω.

Ἀγαπητῶς, *adv.* grate, amabiliter; (2) cupide, libenter; (3) satis. (ἀγαπητῶς ἔχειν, contentus esse, *Herodian.*) (4) vix, ægre, *Ern.* Δεινὸν γὰρ ἦν, τοὺς ἀγαπητῶς ὀλίγῳ πρότερον σεσωσμένους, ἐφ' ἕτερον κίνδυνον ἰέναι, *Lysias, Def. pro Mantitheo*, 807.

Ἀγαπῴην, *diligam*, 1. sing. præs. opt. act. *Att.* pro ἀγαπῴμι.

Ἀγαπωμένη, ης, ἡ, amasia, amica. Ab

Ἀγαπώμενος, ȣ, ὁ, amasius, amicus. Ab ἀγαπάω.

Ἀγαπῶν, præs. part. act. *contr.* pro ἀγαπάων.

Ἀγαπῶντας, pro ἀγαπάοντας.

ἈΓΑΡΙΚΟ'Ν, ȣ̃, τὸ, agaricum. Nomen fungi arboris.

Ἀγάῤῥητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, valde ingratus et invisus, *Phav.* Ex ἄγαν et ῥητὸς.

Ἀγάῤῥοος, *contr.* ἀγάῤῥȣς, ȣ, ὁ ϗ ἡ, celeriter fluens, æstuosus, *Il.* 2, 845. Ex ἄγαν et ῥέω, *fluo*.

Ἀγασαίμην, *admiratus sim*, a. 1. opt. med.

'Ολιγηροσίη, ης, ἡ, *Ion.* pro ὀλιγηροσία, tenue arvum, *Suid.* Ex ὀλίγος et ἄροσις.

'Ολιγησιπύος, cui pera modice refertæ est cibis, pauper. Αἶ σὺ . . . θείης εὐσιπύους ἐξ ὀλιγησιπύων, *Analect. Brunckii*, 1, 222.

'Ολιγίστατος, minimus. Ab

'Ολίγιστος, η, ον, idem. Superl. ab ὀλίγος.

'Ολιγίστως, *adv.* minimo numero, perparum.

'Ολιγόβιος, ου, ὁ ϗ ἡ, non diu vivens.

'Ολιγόβουλος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui parum consilio pollet; (2) non admodum prudens. Ex βουλή.

'Ολιγογνώμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, negligens, *Hes.* Ex ὀλίγος et γνώμη.

'Ολιγογόνατος, ου, ὁ ϗ ἡ, paucis geniculis nodatus. Ex ὀλίγος et γόνυ, *genu.*

'Ολιγόγονος, ου, ὁ ϗ ἡ, paucos generans, infœcundus. Τὰ δὲ γαμψώνυχα πάντα, ὀλιγόγονα ἐστιν, ἔξω τῆς κεγχρηΐδος, *Aristot.*

'Ολιγοδάπανος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui exigui sumptus est; parcus et frugi, frugalis. Ex δαπάνη.

'Ολιγοδεὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui paucis eget, paucis contentus. Ex ὀλίγος et δέομαι. Unde

'Ολιγοδεία, et ὀλιγοδεῖα, ας, ἡ, paucarum rerum indigentia vel desiderium.

'Ολιγοδίαιτος, ου, ὁ ϗ ἡ, modico victu contentus. Ex ὀλίγος et δίαιτα.

'Ολιγόδουλος, ου, ὁ ϗ ἡ, paucos servos habens.

'Ολιγοδρανέω, ῶ, langueo, spiritum vix traho. Ab

'Ολιγοδρανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, infirmus, imbecillis. Ex ὀλίγος et δραίνω, *facio.* Hinc

'Ολιγοδρανία, ας, ἡ, imbecillitas.

'Ολιγοδύναμος, ου, ὁ ϗ ἡ, infirmus, imbecillis. Ex δύναμις.

'Ολιγοελαιόω, ῶ, parum olei fero; parum olei fundo. Ex ὀλίγος et ἔλαιον.

'Ολιγοεργὴς, ές, imbecillus. Ab ἔργον.

'Ολιγοέτης, εος, ὁ ϗ ἡ, qui paucorum annorum est. Ex ὀλίγος et ἔτος. Hinc

'Ολιγοετία, ας, ἡ, paucitas annorum.

'Ολιγόζος, ον, paucos ramos habens.

'Ολιγόθερμος, ου, ὁ ϗ ἡ, cui modicus inest calor, parum caloris habens.

'Ολιγοθυμέω, animo parvo sum. A θυμός.

'Ολιγόϊνος, ου, ὁ ϗ ἡ, paucas habens fibras seu venas, paucos nervos. Ex ὀλίγος et ἴς.

'Ολιγοκάλαμος, ου, ὁ ϗ ἡ, paucos habens calamos.

'Ολιγόκαρπος, ου, ὁ ϗ ἡ, paucos fructus gignens.

'Ολιγόκαυλος, ου, ὁ ϗ ἡ, paucos caules habens.

'Ολιγόκλαδος, ου, ὁ ϗ ἡ, paucos ramos habens.

'Ολιγοκρατέομαι, οῦμαι, paucorum dominatui subjicior. Ex ὀλίγος et κρατέομαι.

'Ολιγομαθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, parum doctus. Ex μανθάνω.

'Ολιγομετρία, ας, ἡ, est vitium versûs, cum paucioribus, v. gr. quatuor verbis constat. *Opp.* πολυμετρία. A μέτρον.

'Ολιγόμισθος, ου, ὁ ϗ ἡ, mercede exigua conductus.

'Ολιγομυθία, ας, ἡ, pauciloquium. Ab

'Ολιγόμυθος, ου, ὁ ϗ ἡ, pauciloquus.

'Ολιγοπαιδία, ας, ἡ, paucitas liberorum. Ab

'Ολιγόπαις, αιδος, ὁ ϗ ἡ, paucos habens liberos.

'Ολιγοπελέω, pro quo ὀλιγηπελέω, *Poet.*

'Ολιγοπελία. Vide ὀλιγηπελίη.

'Ολιγόπιστος, ου, ὁ ϗ ἡ, exigua fide præditus, parum fidens seu credens; (2) incredulus. Ex ὀλίγος et πίστις.

'Ολιγοποιέω, ῶ, f. ήσω, ad paucitatem redigo; minuo, aor. 1. ὠλιγοποίησα.

'Ολιγοπόλιος, ου, ὁ ϗ ἡ, parum canus.

'Ολιγόπονος, ον, laborem fugiens, iners.

'Ολιγοποσία, ας, ἡ, parcus potus. Ex πόσις.

'Ολιγοποτέω, ῶ, fut. ήσω, parum bibo. Ab

'Ολιγόποτος, ου, ὁ ϗ ἡ, pauco potu contentus. 'Ολιγόποτά ἐστι ὅσα ἔχει τὸν πνεύμονα σομφὸν, *Aristot. Hist. An.* 8, 4. A πότον.

'Ολιγοπραγμοσύνη, ης, ἡ, paucarum rerum tractatio. Ab

'Ολιγοπράγμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, pauca habens negotia. Ex ὀλίγος et πρᾶγμα.

'Ολιγόπτερος, ου, ὁ ϗ ἡ, paucas pennas habens. Ex πτέρον.

'Ολιγόπυρος, ου, ὁ ϗ ἡ, parum tritici ferens.

'Ολιγόρριζος, ου, ὁ ϗ ἡ, paucas radices habens. Ex ῥίζα et seq.

'ΟΛΙ'ΓΟΣ, ίγη, ίγον, paucus; (2) parvus, exilis, tenuis. Hinc οἱ ὀλίγοι, ων, optimates, pauci illi penes quos imperium est; ὀλίγον, paulum, paullulum, parum, modicum; *Ph.* ὀλίγον χρόνον, paulisper, *Gl. V.* ὀλίγου δεῖν, pæne, *Ph.* propemodum, ferme, *Gl. V.* δι' ὀλίγου, ἐξ ὀλίγου, brevi temporis spatio, subito, e propinquo; δι' ὀλίγων, paucis sc. verbis; κατ' ὀλίγον, παρ' ὀλίγον, sensim, paullatim; ἐν ὀλίγῳ, leviter, viliter. 'Επ' ὀλίγου γὰρ ᾤχετο, parum equidem abfuit, quin periret, *Aristoph. Lys.* 31.

'Ολιγόσαρκος, ου, ὁ ϗ ἡ, macilentus. A σάρξ.

'Ολιγοσθενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, exiguis viribus præditus. Ex ὀλίγος et σθένος, *robur.*

'Ολιγοσίπυοι, οἱ, pauperes, quasi ex exiguo penu victitantes, *Suid.*

'Ολιγοσιτέω, ῶ, fut. ήσω, pauco cibo utor, exiguo pastu sum contentus.

'Ολιγοσιτία, ας, ἡ, modicus cibus, frugalitas. Ab

'Ολιγόσιτος, ου, ὁ ϗ ἡ, modico cibo utens.

'Ολιγόσπερμος, ου, ὁ ϗ ἡ, parum seminis ferens; (2) parum seminis emittens. Ex ὀλίγος et σπέρμα.

'Ολιγόστιχος, ου, ὁ ϗ ἡ, paucos ordines seu versus continens. Ex ὀλίγος et στίχος.

'Ολιγοστὸς, ἡ, ὸν, unus e paucis, paucis comitatus, cum paucis; *item* minimus, brevissimus. (2) brevi, paucis diebus. (1) ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ καὶ φυγὼν ὀλιγοστὸς, acie victus et cum paucis in fugam conjectus, *Joseph. contra Apion.* 1, 452. (2) αὐτὸς ὁρμήσας ὀλιγοστὸς παρεγένετο διὰ τῆς ἐρήμου εἰς Βαβυλῶνα, ipse paucis diebus itinere per desertum confecto Babylonem se conferebat, *Id. Ib.* 450. Ab ὀλίγος.

'Ολιγοσυλλαβία, ἡ, paucitas syllabarum.

'Ολιγοσύλλαβος, ον, paucis syllabis constans. A συλλαβή.

'Ολιγοσύνδεσμος, ον, epith. orationis paucis conjunctionibus utentis.

'Ολιγότεκνος, ου, ὁ ϗ ἡ, paucos liberos habens. Ex ὀλίγος et τέκνον.

'Ολιγό-

Ὀλιγότης, ητος, ἡ, paucitas; (2) parvitas. Ab ὀλίγος.

Ὀλιγοτιμία, ας, ἡ, contemptus; (2) dedecus. Ex ὀλίγος et τιμή.

Ὀλιγοτοκέω, ῶ, f. ήσω, paucos pario; (2) raro pario:

Ὀλιγοτοκία, ας, ἡ, paucus seu rarus partus. Ab

Ὀλιγοτόκος, ου, ὁ ϗ ἡ, raro et paucos pariens. Ὀλιγοτοκά ἐστι τὰ σελάχη, διὰ τὸ ζωοτοκεῖν σώζεται δὲ μάλιστα ταῦτα διὰ τὸ μέγεθος, *Aristot.* Ex ὀλίγος et τίκτω.

Ὀλιγότριχος, ου, ὁ ϗ ἡ, raros habens pilos. Ex ὀλίγος et θρίξ.

Ὀλιγότροφος, ου, ὁ ϗ ἡ, pauco cibo contentus. Ex ὀλίγος et τρέφω.

Ὀλιγόϋδρος, ου, ὁ ϗ ἡ, parum aquæ habens, parum aquosus; (2) pauca aqua contentus; ὀλιγοϋδρότατος, cui paucissima aqua sufficit. Ex ὀλίγος et ὕδωρ.

Ὀλιγόϋλος, ου, ὁ ϗ ἡ, parum materiæ habens. Ex ὀλίγος et ὕλη.

Ὀλιγοϋπνία, ἡ, parcus somnus. Διὰ ταῦτα δὲ καὶ ἀοινίαν, καὶ ὀλιγοσιτίαν, καὶ ὀλιγοϋπνίαν, *Iamblich. in Vita Pythag.* 16. Ab

Ὀλιγόϋπνος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui exigui somni est. Ὀλιγοϋπνότατος ἦν διὰ φροντίδα καὶ πόνους, *Appian. de Rebus Hispan.* 74.

Ὀλιγοφαγία, ἡ, parcus cibus. Ab

Ὀλιγοφάγος, ου, ὁ ϗ ἡ, inedax, *Gl. Vet.*

Ὀλιγοφιλία, ας, ἡ, amicorum paucitas.

Ὀλιγοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, ut ὀλιγοφόρος οἶνος, vinum quod paucam aquam fert, aqueum, tenue, dilutum. Ex ὀλίγος et φέρω.

Ὀλιγόφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, pusillanimis. Ex φρήν.

Ὀλιγόφυλλος, ου, ὁ ϗ ἡ, pauca habens folia. Ex ὀλίγος et φύλλον.

Ὀλιγοχοέω, ῶ, parum refundo, exiguo cum fœnore refundo. Ab

Ὀλιγόχοος, *contr.* ὀλιγόχους, ου, ὁ ϗ ἡ, parum refundens, parum fructificans; Comp. ὀλιγοχύστερος, minus fundens, minus ferax. Ex ὀλίγος et χέω, *fundo*.

Ὀλιγοχορδία, ας, ἡ, paucitas fidium seu chordarum. Ex ὀλίγος et χορδή.

Ὀλιγοχρηματία, ας, ἡ, paucitas pecuniæ, paupertas. Ex ὀλίγος et χρήματα.

Ὀλιγοχρόνιος, ου, ὁ ϗ ἡ, exiguo temporis spatio durans. *Gl. V.* temporalis.

Ὀλιγόχρονος, ὁ ϗ ἡ, idem.

Ὀλιγόχυλος, ον, parum succi habens.

Ὀλιγοψυχέω, ῶ, fut. ήσω, sum animo pusillo.

Ὀλιγοψυχία, ας, ἡ, pusillanimitas, *Gl. V.*

Ὀλιγόψυχος, ου, ὁ ϗ ἡ, pusillanimis, *Gl. V.* Ex ὀλίγος et ψυχή.

Ὀλιγόω, ῶ, in paucos redigo, imminuo; ὀλιγόομαι, οῦμαι, ad paucos redigor, imminuor; aor. 1. ὀλιγώθην. Ab ὀλίγος.

Ὀλιγωρέω, ῶ, fut. ήσω, parvam curam habeo, negligo; contemno, supersedeo, *Gl. V.* Ὀλιγωρεῖν τῶν καθηκόντων· τῶν φίλων, *Xen.* Ab ὀλίγωρος. Hinc

Ὀλιγώρησις, εως, ἡ, negligentia, incuria, neglectus, contemptus.

Ὀλιγωρία, ας, ἡ, idem. Ab

Ὀλίγωρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui aliquid parum curat, negligens, incuriosus. Ex ὀλίγος et ὥρα.

Ὀλιγώρως, *adv.* negligenter, contemptim.

Ὀλιζότερος, minor; qu. ab ὀλίζος, pro ὀλίγος.

Ὀλιζόω, ῶ, minorem reddo, minuo, *Hes.* ubi ὀλιζοῦται, μειοῦται, ὀλιγοῦται. Ab eod.

Ὀλίζων, ονος, ὁ ϗ ἡ, parvus; (2) minor. Ab ὀλίγος.

Ὁλικὸς, ἡ, ὸν, totus, universalis. Ab ὅλος.

Ὁλικῶς, *adv.* plane, universe, omnino.

ὊΛΙΣΒΟΣ, ου, ὁ, penis coriaceus.

Ὀλισθαίνω, labor, lapso, labefio, *Gl. V.* Ἀπ' ὀφθαλμοῖο βολάων Ἕλκος ὀλισθαίνει, *Mus.* 1, 95. Ab ὄλισθος.

Ὀλισθέω, ῶ, f. ήσω, idem et ab eod.; (2) penetro; (3) evado, effugio. Ἐκ δὲ οἱ ἧπαρ ὄλισθεν, excidit, *Il.* 20, 470. Ὄλισθε θέων, 23, 774 Οὐ γάρ τι βέλος διὰ σαρκὸς ὄλισθεν, *Theoc.* 25. 230. ( ) πυκινοῖσι δόλοισιν ὀλισθῆσαι θανάτοιο, *Oppian. Cyneget.* 4, 451.

Ὀλισθήεις, ήεσσα, ῆεν, lubricus. Ab eod.

Ὀλίσθημα, ατος, τὸ, lapsus, casus. *Gl. V.* lapsio. Ab ὀλισθέω.

Ὀλισθηρῆς, gen. sing. f. g. *Ion.* pro ὀλισθηρᾶς, ab

Ὀλισθηρὸς, ρὰ, ρὸν, ad labendum proclivis; (2) lubricus, *Gl. V.* (3) proclivis ad aliquid. Ab ὄλισθος.

Ὀλισθηρῶς, *adv.* lubrice.

Ὀλισθήσαις, aor. 1. part. act. Æol. pro ὀλισθήσας, ab ὀλισθέω, *labor*.

Ὀλίσθησις, εως, ἡ, idem quod ὀλίσθημα.

Ὀλισθητικὸς, ἡ, ὸν, lubricandi vim habens, lubricans. Ab ὀλισθέω.

Ὀλισθογνωμονέω, ῶ, mentis compos non sum. Ex ὄλισθος et γνώμη, *sententia*.

Ὀλισθοποιῶ, labare facio. *Gl. V.* labefacio.

ὊΛΙΣΘΟΣ, ου, ὁ, lapsus in lubrico; casus.

Ὁλκαδικὸς, ἡ, ὸν, ad onerariam navem pertinens. Ab ὁλκάς. Unde

Ὁλκάδιον, ου, τὸ, navicula oneraria. Dim.

Ὁλκαδοχρίστος, navium unctor, *Man.* Ab ὁλκὰς et χρίω.

Ὁλκαία, ας, ἡ, cauda. Ὑπὸ ταύρου ὁλκαίην ψαίρουσαι, radunt caudam tauri; affixæ sunt sub cauda tauri, *Nicand. Theriaca*, 122. Κήτεος ὁλκαίη, *Apoll. Rhod.* 4, 1614. Ab ἕλκω.

Ὁλκαῖον, ου, τὸ, vas in quo pocula abluuntur, *Poll.* idem quod ὁλκήϊον. Ἐπορέξατο χειρὶ νηὸς ὁλκαίοιο, *Apoll. Rhod.* 1, 1313. Ab ὁλκή. Unde

Ὁλκαῖος, αία, *Ion.* αίη, αῖον, qui trahitur.

Ὁλκὰς, αδος, ἡ, *proprie*, navis oneraria, sed interdum de aliis dicitur.

Ὁλκεῖον, ου. τὸ. Vide ὁλκήϊον.

Ὁλκεὺς, έως, ὁ, qui retia trahit, *Hesych.* Ab ἕλκω.

Ὁλκέω, ῶ, navem traho, traduco. Ab

Ὁλκὴ, ῆς, ἡ, tractus, attractio; (2) inclinatio, ut statera in alteram partem. *Ph.* pondus; item drachma Ab ἕλκω.

Ὁλκήεις, ήεσσα, ῆεν, ponderosus. Ab ὁλκή.

Ὁλκήϊον, ου, τὸ, *Ion.* pro ὁλκεῖον, lignum in infima navis parte, quo navis trahitur, ut exponitur a *Schol. Apoll.* Ab ἕλκω.

Ὁλκήρης, εος, ὁ ϗ ἡ, caudatus, sive tractu se colligens, ut serpens, qui longo volumine caudam trahit, *Nicand.* Ab eod.

Ὅλκιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, glutinosus, lentus, qui, dum extenditur, trahi non rumpi solet. Ab eod.

Ὁλκίον, ου, τὸ, gubernaculum seu clavus navis. Ab eod.

Ὅλκιον, ου, τὸ, labrum amplum, magnus crater. Ab eod.

Ὁλκὸς, οῦ, ὁ, tractus; (2) sulcus, proprie et tropice; (3) remulcus, machina qua naves ex uno mari in alterum traducuntur; (4) fluctus, *omninoque* aqua maris; (5) aquæductus; (6) moles, pondus; (7) syrma serpentium, vestium, &c. (8) totumque adeo cujusvis animalis hominisque corpus; (9) nomen insecti et herbæ; *Adject.* attractorius. Sed fere in compositis tantum. Ὅλκοι τμητοί, lora equorum. Τμητοῖς ὁλκοῖς ἐγκύρσαι, implicari loris, *Soph. Elect.* 863. Ἀμφιδύμους ὁλκοὺς, geminos testiculos, *Oppian. Cyneg.* 2, 192. Ab ἕλκω.

Ὄλληαι, *percas*, 2. sing. a. 2. conj. med. *Ion.* et *Poet.* pro ὄλησαι, ab ὄλλυμι, pro ὀλέω, *perdo*.

Ὀλλυμένοιο, gen. sing. part. præs. pass. *Ion.* pro ὀλλυμένου, ab

ὈΛΛΥΜΙ, vel ὀλλύω, perdo, amitto; (2) perdo, perniciem adfero, perimo; ὄλλυμαι, perdor, pereo; f. 1. ὀλέσω, 2. ὀλῶ, perdam; aor. 1. ὤλεσα, perdidi; perf. ὄλωλα, perii; ὀλωλεν, interiit, *Ph.* aor. 2. med. ὠλόμην, perii; ὀλοῦμαι, f. 2. ὀλεῖται, peribit. Παῖδ' ὀλέσαι τὸν ἄριστον; *Il.* 24, 242

Ὁλμειὸς, οῦ, ὁ, mortarium. Ab ὅλμος.

Ὁλμίσκος, ου, ὁ, mortariolum, Dim. ab eod.

Ὁλμοποιὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, mortariorum artifex. Ex ὅλμος et ποιέω.

ὋΛΜΟΣ, ου, ὁ, mortarium, pilum, *Ph.* (2) pars tibiæ, ligula; (3) truncus corporis a cervice usque ad coxendicem; *item* poculi genus; *metaphor.* stupidus.

Ὁλογράμματος, ου, ὁ ϗ ἡ, plene scriptus, non per siglorum captiones aut compendiosa ænigmata, nec per notas numerales. Ex ὅλος et γράμμα.

Ὁλογραφέω, ῶ, fut. ήσω, integrum scribo. Ex eod. et γράφω.

Ὁλόγραφος, ου, ὁ ϗ ἡ, propria manu exaratus. Ex iisd.

Ὁλοδάκτυλος, ον, meris dactylis constans.

Ὀλόεις, όεσσα, όεν, exitialis. Ab ὄλλυμι.

Ὀλοεργὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, maleficus, *Hesych.* (2) mortem seu interitum adferens. Ex ὄλλυμι et ἔργον.

Ὀλοῆς, dat. pl. *Ion.* pro ὀλοαῖς, ab ὀλοός.

Ὁλοθούριον, ου, τὸ, genus tuberis spongiosi et marini, *Aristot. Plin.*

Ὀλόθρευσις, εως, ἡ, perniciei illatio, delatio, occisio. Ab ὀλοθρεύω.

Ὀλοθρευτὴς, οῦ, ὁ, exterminator, qui perniciem adfert, exitiosus, occisor. Ab eod. Hinc

Ὀλοθρευτικὸς, ἡ, ὸν, perimens, perdens.

Ὀλοθρεύω, f. εύσω, perdo, everto, exitium adfero, vasto. Ὀλοθρεύων τὰ πρωτότοκα, *Heb.* 11, 28. Ab ὄλεθρος.

Ὀλοίατο, *pereant*, 3. pl. a. 2. opt. med. *Ion.* pro ὄλοιντο, ab ὄλλυμι.

Ὀλοίϊος, ου, ὁ ϗ ἡ, perniciosus, exitialis, noxius. Ab ὀλοός.

Ὀλοιὸς, ἡ, ὸν, idem, *Hesych.* ubi dat. pl. fœm. ὀλοιῇσι. Vide *Clarke* Il. 1, 342.

Ὁλοίτροχος, ου, ὁ ϗ ἡ, omni ex parte rotundus, ut rota. Ex ὅλος et τρόχος.

Ὁλοκαρπεύω, idem quod ὁλοκαρπόω, *Sibyl.*

Ὁλοκαρπόω, ῶ, f. ώσω, totum adoleo, in holocaustum offero; ὁλοκαρπούμενον, quod totum offertur; 3. pl. f. 1. ind. pass. ὁλοκαρπωθήσονται, consummabuntur. Ex ὅλος. Hinc

Ὁλοκάρπωμα, ατος, τὸ, holocaustum.

Ὁλοκάρπωσις, εως, ἡ, idem et ab eod.

Ὁλόκαυστον, ου, τὸ, holocaustum, quod totum cremari solebat. *Gl. V.* adolitum. Ex ὅλος et καίω.

Ὁλοκαυτέω, ῶ, f. ήσω, totum comburo, totam victimam cremo.

Ὁλοκαυτίζω, fut. ίσω, idem. Ab

Ὁλόκαυτος, ου, ὁ ϗ ἡ, totus crematus, totus combustus. Ex ὅλος et καίω.

Ὁλοκαυτόω, idem quod ὁλοκαυτέω· aor. 1. ὡλοκαύτωσα· ὡλοκαύτωσαν τοὺς ταύρους, tauros combusserunt totos. Hinc

Ὁλοκαύτωμα, ατος, τὸ, victima seu hostia quæ integra comburitur.

Ὁλοκαύτωσις, εως, ἡ, sacrificium in quo victima tota crematur. *Gl. V.* flagrantia, holocaustoma. Ab eod.

Ὁλοκληρία, ας, ἡ, integritas omnium partium alicujus rei. *Ph.* integratio. Ab

Ὁλόκληρος, ου, ὁ ϗ ἡ, integer, totus, universus; (2) nullo vitio laborans, non vitiosus. *Ph.* integer, ut ὁλόκληρον, integrum, solidum; item ὁλοκλήρου, asse, idem; ut κληρονομία ἐξ ὁλοκλήρου, hæreditas ex asse, seu in solidum. Γίνεται τέκνα ὁλόκληρα ἐκ κολοβῶν, *Aristot.*

Ὁλόκνημος, ου, ὁ ϗ ἡ, integras tibias habens et nulla ex parte mutilas. A κνήμη.

Ὁλοκονίτις, et Ὁλοκωνίτις, ιδος, ἡ, olus quoddam silvestre, *Hipp.*

Ὁλόκοπος, ὁ ϗ ἡ, totus concisus. Ex κόπτω.

Ὁλόκυκλος, ὁ ϗ ἡ, epith. lunæ plenæ.

Ὁλολαμπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, totus lucidus. Ex ὅλος et λάμπω.

Ὁλόλιθος, ου, ὁ ϗ ἡ, totus lapideus, totus e lapidibus factus.

Ὀλολυγὴ, ῆς, ἡ, clamor mulierum sacrificantium, jubilatio; (2) ululatus. *Gl. V.* ejulatus:

Ὀλόλυγμα, ατος, τὸ, idem:

Ὀλολυγμὸς, οῦ, ὁ, ululatus, ejulatus. *Gl. V.* ὀλολυγμὸς ἀγροίκων, rusticorum jubilatus; (2) clamor mulierum sacrificantium, jubilatio. (2) ὀλολυγμὸς ἔστω, *Eurip. Or.* 1137:

Ὀλολυγὼν, όνος, ὁ, clamor ranarum marium fœminas ad coitum evocantium; (2) ejulatus;

latus; *Aristot.* (3) avis quædam solitaria, aeredula, vel ulula. *Ph.* ulula, strix. Ab

'ΟΛΟΛΥ'ΖΩ, f. ξω, ululo, ejulo; (2) cum clamore deos precor, de mulieribus; jubilo, exulto. Ὀλόλυξαν θυγατέρες, *Odyss.* 3, 450. Ὀλολύξεται πᾶν δῶμα, *Eur. El.* 698. Vide *Ern.*

Ὁλομελὴς, έος, ὁ ἡ, qui membris est integris, omnibus membris constans. *Gl. V.* integer. Ex ὅλος et μέλος. Hinc

Ὁλομελία, ας, ἡ, integra natura et constitutio alicujus rei, qua nihil ipsi deest.

Ὅλονθος, ου, ὁ ἡ, fimo scatens. Ex ὄνθος.

Ὄλοντο, *perierunt*, 3. plur. aor. 2. ind. med. *Ion.* pro ὤλοντο, ab ὄλλυμι.

Ὁλονυκτίως, *adv.* per totam noctem. A νύξ.

Ὀλοοίτροχος, ου, ὁ ἡ, cursui perniciosus; epith. scopuli, *ap. Theoc.* Ex ὀλοὸς et τρέχω. Vid. *Ern.*

Ὀλοὸς, ἡ, ὸν, perniciosus, exitiosus. Ab ὄλλυμι.

Ὀλοόφροσι, dat. pl. ab

Ὀλοόφρων, ονος, ὁ ἡ, perniciosa consilia agitans, perniciosus. Ex ὀλοὸς et φρήν.

Ὁλοόφρων, ονος, ὁ ἡ, qui animo universa agitat, qui omnium curam gerit; (2) omniscius; nam aliqui pro ὀλοόφρων legunt ὁλοόφρων, *Il.* 16, 630. Ex ὅλος et φρήν.

Ὁλοπόρφυρος, ου, ὁ ἡ, totus purpureus, totus ex purpura. Ex ὅλος et πορφύρα.

Ὁλόπτερος, ου, ὁ ἡ, cujus universum corpus pennis tectum est; (2) cujus alæ non sunt scissæ, qui alas continuas habet. Ex ὅλος et πτερόν.

'ΟΛΟ'ΠΤΩ, fut. ψω, vello, decortico. Ὤλοψας δὲ βίηφι, *Call. Hymn. in Dian.* 77.

Ὁλόπυρος, ου, ὁ ἡ, triticum integrum, seu quod integrum coctum est.

Ὁλοῤῥιζεὶ, *adv.* radice, radicitus. Ab

Ὁλόῤῥιζος, ου, ὁ ἡ, qui cum tota radice est, v. gr. erutus. Ex ὅλος et ῥίζα.

Ὄλος, ὁ, vel ὀλὸς, item ὀλὸν, idem quod θολὸς, atramentum sepiæ, *Ern.*

'ΟΛΟΣ, ὅλη, ὅλον, totus, integer; (2) solidus; (3) universus, omnis: *est ætatis posterioris.* Hinc τὸ ὅλον, ου, universum, rerum universitas, summa rei; at ὅλον, *adv.* omnino. (Hinc Lat. *solus* et *solidus.*)

Ὁλοσηρικὸς, ἡ, ὸν, totus ex serico, *R.*

Ὁλοσιαλοκάλαμος, ὁ, indoctus tibicen, *Steph.*

Ὁλοσίδηρος, ου, ὁ ἡ, totus ferreus.

Ὁλοσπαδὴς, έος, ὁ ἡ, totus detractus, *Hes.* ubi pl. ὁλοσπαδεῖς. Ex σπάω.

Ὁλοσπονδεῖος, ον, epith. versus, qui totus e spondeis constat, ut *Il.* 11, 130.

Ὁλόστεον, ου, τὸ, herba quasi tota ossea, sed per antiphrasin quum tota mollis sit. Ab

Ὁλόστεος, ου, ὁ ἡ, totus osseus, ex osse solido constans. Ex ὅλος et ὀστέον, ος.

Ὁλοστήμονος, ὁ ἡ, totus stamineus, *Poll.*

Ὁλοσφύρατος, ου, ὁ ἡ, malleo ductus seu fabricatus, solidus, *Hes. Plin.* Ex σφύρα.

Ὁλοσφυρήλατος, ου, ὁ ἡ, idem.

Ὁλοσφύρητος, ου, ὁ ἡ, *in Epigr.* idem.

Ὁλοσφύριστος, ου, ὁ ἡ, idem.

Ὁλόσφυρος, ου, ὁ ἡ, idem et ex iisd.

Ὁλοσφύριον, τὸ, massa solidi, v. gr. ferri.

Ὁλοσχέρεια, ας, ἡ, integritas, consummatio; (2) crassa et confusa descriptio. Ab

Ὁλοσχερὴς, έος, ὁ ἡ, integer, plenus, consummatus; (2) extremus, summus. Ex ὅλος et χείρ, (vel et ἔχω, *Ern.*)

Ὁλοσχερῶς, *adv.* omnino, penitus, prorsus, plane; (2) confuse, generatim; ὁλοσχερέστερον, *adv.* majori apparatu, majoribus copiis.

Ὁλόσχιστος, ον, simplex, non e variis partibus vel segmentis consutus, *Plato.*

Ὁλόσχοινος, ου, ὁ ἡ, mariscus, juncus omnium maximus et crassissimus.

'ΟΛΟΣΧΟΣ, ου, ὁ, pediculus pomi; *Nic.*

Ὁλοσώματος, ου, ὁ ἡ, ad totum corpus pertinens. Ex σῶμα.

Ὁλοτελὴς, έος, ὁ ἡ, plane absolutus, prorsus finitus, perfectus, integer. A τέλος.

Ὁλότης, ητος, ἡ, integritas, totum. Ab ὅλος.

Ὁλότροπος, ου, ὁ ἡ, totius modi, totus.

Ὁλοτρόπως, *adv.* omnino.

Ὀλότροχος, ον, rotundus, v. gr. lapis. A τρέχω.

Ὀλοῦμαι, *perdam*, f. 2. ind. med. verbi ὄλλυμι, pro ὀλέω, *perdo.*

Ὀλοφλυκτὶς, ίδος, ἡ, pustula.

Ὁλοφθόνος, ον, totum perimens, *Nic.*

Ὀλόφυγδος, ου, ὁ, pustulosus, (qu. ὀλόφλυγδος, a φλύζω, *Ern.*) Ῥηγνυμένων ὀλοφυγδὰ διήφυσε ποσσὶ χίμετλα, discutit pustulosas perniones in talis natas, postquam ruptæ sunt, *Nic. Ther.* 682.

Ὀλοφυγδὼν, όνος, ἡ, pustula; quod et ὀλοφλυγδών. Μήκετι ἐπὶ γλώσσας ἄκρας ὀλοφυγδόνα φύσῃς, *Theocr. Idyll.* 9, 30.

Ὀλοφυδνὸς, ἡ, ὸν, lugubris, luctuosus, *Il.* 5, 683. Ab

Ὀλοφύζω, fut. ξω, lugeo, lamentor.

Ὁλοφυὴς, έος, ὁ ἡ, totus, absolutus in natura sua, omnibus partibus plenus. Ex ὅλος et φυή.

Ὀλοφυκτὶς, ίδος, ἡ, pustula; qu. ὀλοφλυκτίς.

Ὁλόφυλλος, ον, integer, *Suid.*

Ὀλοφυρμὸς, οῦ, ὁ, ejulatus, ploratus. Ab

'ΟΛΟΦΥ'ΡΟΜΑΙ, lamentor, ejulo, ploro; (2) deploro, commiseror; ὀλοφυράμενος, aor. 1. med. lamentatus; pass. ὀλοφυρθεὶς, idem. Ἀχιλλεὺς ὀλοφύρεται υἷας Ἀχαιῶν, *Il.* 11, 655. Hinc

Ὀλόφυρσις, εως, ἡ, ploratus, luctus, ejulatus; (2) lamentatio.

Ὀλοφυρτικὸς, ἡ, ὸν, ad lamenta seu lamentandum proclivis.

Ὀλοφυρτικῶς, *adv.* lamentabiliter.

Ὁλόφυτον, τὸ, sinapi Persicum, *Steph.*

Ὀλοφώϊον, τὸ, vaframenta, versutiæ. Πάντα δέ τοι ἐρέω ὀλοφώϊα τοῖο γέροντος, *Odyss.* 4, 410. Εἶτα ἐπιφέρουσα τὸ μάλιστα ὀλοφώϊον τοῦ γέροντος, *Eustath.* (ad locum *Homeri* supra laudatum) 1502, 8. edit. Rom.

Ὀλοφώϊος, ου, ὁ ἡ, exitialis; (2) versutus, improbus; ὀλοφώϊα, vaframenta, versutiæ. Ex ὄλλυμι et φῶς, *homo.*

Ὁλόφωνος, ου, ὁ ἡ, plena voce canens. Ex ὅλος et φωνή.

Ὁλόχαλκος, ον, totus ex ære.

Ὁλόχροος, *contr.* ὁλόχρους, ου, ὁ ἡ, toto corpore unum colorem habens. Ex χρόα.

Ὁλόχρυσος, ου, ὁ ἡ, totus ex auro factus, ex auro solido factus; (2) totus auro inductus, *Jos.*

Ὁλόψυχος, ον, sincerus, candidus, integer animo. A ψυχή.

Ὁλοψύχως, *adv.* toto animo, bona fide.

'ΟΛΠΗ, ης, ἡ, lecythus, ampulla olearia; vas olearium, et alicubi vinarium.

Ὀλπὶς, ίδος, ἡ, idem.

Ὀλυμπία, ας, ἡ, Olympia, locus Elidis, in quo Jupiter Olympius colebatur, et certamina Olympiaca celebrabantur, ad ludos Olympios. Ab Ὄλυμπος.

Ὀλύμπια, ων, τὰ, ludi Olympiaci, qui quinto anno celebrabantur. Ab eod.

Ὀλυμπίαζε, *adv.* ad Olympiam.

Ὀλυμπιάθεν, *adv.* ex Olympia, de Olympia.

Ὀλυμπιακὸς, Olympiacus, *Ar.*

Ὀλυμπίας, ου, ὁ, Olympias, venti nomen. Ab Ὄλυμπος.

Ὀλυμπιὰς, άδος, ἡ, victoria, seu palma certaminis Olympiaci; (2) certamen Olympiacum; (3) Olympias, sive tempus quatuor annorum integrorum, cum duobus mensibus; (cum quindecim diebus, *Ern.*) (4) nomen matris Alexandri M. Ab eod.

Ὀλυμπιάσι, *adv.* in Olympia, Olympiæ, ad Olympiam. Ab Ὀλύμπια.

Ὀλυμπικὸς, ἡ, ὸν, Olympicus. Ab eod.

Ὀλυμπιονίκης, ου, ὁ, victor in Olympiis. Ex ὀλύμπια et νικάω, *vinco.*

Ὀλύμπιος, ου, ὁ, Olympum incolens; (2) cœlestis. Ab Ὄλυμπος.

Ὀλυμπόνδε, *adv.* in Olympum, in cœlum.

'ΟΛΥΜΠΟΣ, ου, ὁ, Olympus, mons Macedoniæ altissimus, cujus vertex cœlum tangere videtur; (2) cœlum.

Ὀλυνθάζω, fut. άσω, caprifico. Ab

'ΟΛΥΝΘΟΣ, ου, ὁ, grossus, ficus immatura; (2) nomen urbis in Thessalia.

Ὀλυνθοφορέω, ῶ, grossos seu abortus fero. Ab

Ὀλυνθοφόρος, ου, ὁ ἡ, grossos ferens. Ex ὄλυνθος et φέρω.

'ΟΛΥΡΑ, ας, ἡ, semen medium inter frumentum et hordeum, olyra. *Gl. V.* spelta. *Ph.* far, ador, siligo; *Il.* 5, 196. Hinc

Ὀλυρίτης, ου, ὁ, ut ὀλυρίτης ἐγκρυφίας, subcinericius panis, siligineus.

Ὀλώδης, εος, ὁ ἡ, ater, vel turbidus. Ab ὀλὸς, pro θολός.

Ὀλώϊος, ϊα, ϊον, perniciosus. Ab ὄλλυμι.

Ὤλωλε, *perdidit*, 3. sing. perf. ind. med. *Att.* pro ὦλε, ab ὄλλυμι.

Ὅλως, *adv.* prorsus, omnino, totaliter, integre; (2) in summa; (3) sane. Ab ὅλος.

Ὁμάδελφος, et

Ὁμαίμιος, idem quod ὅμαιμος, *Pind.*

Ὁμαδεύω, in unum cogo et coacervo, *Hes.* ubi ὁμαδεύειν, ἀθροίζειν. Ab ὁμάς. Unde

Ὁμαδέω, fut. ήσω, tumultuor; ὁμάδησαν, 3. pl. a. 1. strepitum excitarunt. Μνηστῆρες δ' ὁμάδησαν ἀνὰ μέγαρα σκιόεντα, *Od.* 1, 365.

Ὅμαδος, ου, ὁ, multitudo; (2) tumultus, strepitus, quem multitudo excitat. (2) ὅμαδος δ' ἦν, *Il.* 2, 96. Ab ὁμάς.

Ὅμαιμις, ιδος, ἡ, soror. Ex ὁμὸς et αἷμα.

Ὅμαιμος, ου, ὁ ἡ, consanguineus; (2) frater vel soror. (2) οὔκουν ὅμαιμος χὠ καταντίον θανών; *Soph. Antig.* 512. Ex iisd.

Ὁμαιμονέστερος, ὁμαιμονεστέρα, consanguinitate propinquior. Comp. ab ὁμαίμων.

Ὁμαιμοσύνη, ης, ἡ, consanguinitas; (2) fraternitas. Ab ὅμαιμος. Unde

Ὁμαιμότης, ητος, ἡ, consanguinitas, *Gl. V.*

Ὁμαίμων, ονος, ὁ ἡ, consanguineus; (2) frater. (2) κάλει τὸ πᾶν μοι σπέρμα τῶν ὁμαιμόνων, *Soph. Trach.* 1147. Ex ὁμὸς et αἷμα.

Ὁμαιχμέω, ῶ, f. ήσω, simul milito, simul bellum ineo, simul jaculor:

Ὁμαιχμία, ας, ἡ, *Ion.* ὁμαιχμίη, ης, ἡ, societas belli, confœderatio. Ab

Ὅμαιχμος, ου, ὁ ἡ, arma consocians, fœderatus; exponitur etiam commilito. Ex ὁμοῦ et αἰχμή, *hasta, bellum.*

Ὁμακοεῖον et ὁμακόϊον, ου, τὸ, auditorium commune. *Voc. Pythag.* Ex ὁμοῦ et ἀκούω.

Ὁμαλὴς, έος, ὁ ἡ, æqualis, planus, æquabilis. Ab ὁμαλός. Unde

Ὁμαλία, ας, ἡ, planities, *Gl. V.*

Ὁμαλίζω, fut. ίσω, planum reddo, complano, lævigo. *Gl. V.* plano, æquo, hostio; (2) ad æquabilitatem redigo; (3) adæquo, æqualis sum. Μᾶλλον γὰρ δεῖ τὰς ἐπιθυμίας ὁμαλίζειν, ἢ τὰς οὐσίας, *Aristot.* Ὡμαλισμέναι πόλεις ὑπὸ τῶν συμφορῶν, *Isocr.* Ab eod. Hinc

Ὁμαλισμὸς, οῦ, ὁ, complanatio, lævigatio, æquatio; (2) æquabilis pronunciatio.

Ὁμαλιστὴρ, ῆρος, ὁ, ὁμαλιστῆρες, paviculæ.

Ὁμάλιστρα, ας, ἡ, hostorium, *Gl. V.*

Ὁμάλιστρον, τὸ, idem, et ab eod.

Ὁμαλόδερμος, ον, glaber, lævis. Ab ὁμαλὸς et δέρμα, *pellis.*

Ὁμαλὸν, τὸ, planities, *Theoc.*

Ὁμαλὸς, ἡ, ὸν, planus; (2) æqualis, æquabilis. Ab ὁμοῦ. Hinc

Ὁμαλότης, ητος, ἡ, æqualitas, æquabilitas: planities, *Gl. V.*

Ὁμαλύνω, idem quod ὁμαλίζω. ὁμαλῦναι, a. 1. inf.

Ὁμαλόω, idem, *Gl. V.* Ab eod.

Ὁμαλῶς, *adv.* æqualiter, æquabiliter; (2) pariter, sine discrimine, nullo excepto; (3) sedate. Ab eod.

Ὀμαρτάζω, confrico, *Hom.*

Ὁμάρτει, 3. sing. præs. imperat. act. ab

Ὁμαρτέω, ῶ, fut. ήσω, sequor, eo una cum, comitor. Ὁμαρτήσας Διὸς ὄμβρῳ, *Hesiod. Op.* 674. Οὐδ' ὁμαρτήσουσί σοι, *Eur. Iph. in Tau.* 1211. Ab

Ὁμαρτῆ, *adv.* simul, una; *Il.* 5, 656. Ab ὁμοῦ et ἄρω, seu αἴρω.

Ὁμαρτήσασα, *secuta*, aor. 1. part. act. f. g.

Ὁμὰς, άδος, ἡ, multitudo, omnes simul. *Gl. Vet.* summa universitas. Ab ὁμοῦ.

Ὁμάσπις, ιδος, ὁ ϗ ἡ, una cum alio clypeum gestans, commilito. Ex ὁμῦ et ἀσπίς.

Ὁμαυλία, ας, ἡ, cohabitatio, concubitus. Ab

Ὅμαυλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cohabitans, una pernoctans; mixtus, commixtus. Στονόεσσά τι γῆρυς ὅμαυλος, *Soph. Œd. Tyr.* 187. Ex ὁμῦ et αὐλή.

Ὅμαυλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, consonans, concinens. Ex eod. et αὐλός, *tibia*.

Ὀμβρέω, ῶ, f. ήσω, pluo; ὀμβρῦμαι, *Ph.* ὀμβρῦται, imbricatur. Φλόγα αἰθέριον ὄμβρησιν ἀπὸ τῦ ȣρανῦ, *Philo*. Ab ὄμβρος. Hinc

Ὄμβρημα, ατος, τὸ, pluvia.

Ὀμβρηγενής, ὲς, ex imbribus ortus. Ex eod. et γίνομαι.

Ὀμβρηνὸς, ἡ, ὸν, pluviosus. Ab ὄμβρος.

Ὀμβρηρὸς, ὰ, ὸν, idem et ab eod.

Ὀμβροπρής, ὲς, idem quod ὀμβρηρὸς, *Nic.*

Ὀμβρήσαντος, gen. sing. aor. 1. part. act. verbi ὀμβρέω.

Ὀμβρία, ας, ἡ, pluvia nimbosa, nimbus.

Ὀμβρίζω, fut. ίσω, imbre rigo, madefacio; (2) humecto. A præc.

Ὀμβρίκια, et ὀμβρίας, sic vocari omnium animalium fœtus a poëtis, scribit *Pollux*.

Ὀμβρικὸς, ἡ, ὸν, pluvialis, *Pan.*

Ὀμβριμοεργὸς, ȣ̃, ὁ, magna et ardua facinora patrans. Ex ὄμβριμος et ἔργον.

Ὀμβριμόθυμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, animo magno et forti præditus, magnanimus.

Ὀμβριμόπατρος, et ὀμβριμοπάτρη, al. ὀβριμόπατρος, et ὀβριμοπάτρη.

Ὄμβριμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, impetuosus, vehemens, ut imber; validus, fortis, robustus. Al. ὄβριμος.

Ὄμβριος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, pluvius, pluvialis. Ἐν τῷ ἀφρῷ τῷ γιγνομένῳ ὑπὸ τῦ ὀμβρίȣ ὕδατος, *Aristot.* Ab ὄμβρος.

Ὀμβροβλύζων, pluviam fundens, *Vulg. Lex.*

Ὀμβροβλυτέω, ῶ, pluviam fundo. Ex βλύω.

Ὀμβρόκτυπος, ον, imbrifer, *Æsch.*

ΌΜΒΡΟΣ, ȣ, ὁ, imber, pluvia.

Ὀμβροτοκία, ας, ἡ, pluviæ generatio. Ab

Ὀμβροτόκος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, pluviam generans, imbrifer. Ex ὄμβρος et τίκτω.

Ὀμβροφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, imbrifer, imbrem ferens. Ex ὄμβρος et φέρω.

Ὀμβροχαρής, ὲς, imbribus gaudens, h. e. fœcunditatem, incrementa nanciscens; epith. terræ, plantarum. Ex eod. et χαίρω.

Ὀμβρώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, imbre dilutus. Ab ὄμβρος.

Ὁμέθνιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ejusdem gentis seu nationis, *Suid.* Ex ὁμῦ et ἔθνος.

Ὀμεῖται, 3. sing. f. 2. ind. med. verbi ὄμνυμι.

Ὁμέστιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, eumdem larem habens, contubernalis. Μακάρεσσι θεοῖσιν ἤδη ὁμέστιός εἰμι, *Quint. Calaber*, 14, 185. Ex ὁμῦ et ἑστία.

Ὁμευναῖος, qui eodem cubili utitur. Πλειόνεσσιν ὁμευναίαις ἀλόχοισι τέρπονται, *Oppian. Hal.* 1, 509.

Ὁμευνετέω, una cubo. Ab

Ὁμευνέτης, ȣ, ὁ, qui eodem cubili utitur, maritus, *Eurip. Med.* 953. *Ion.* 894. Ex ὁμῦ et εὐνὴ, *cubile*.

Ὁμευνέτις, ιδος, ἡ, uxor. Ἴδετε τὴν ὁμευνέτιν Αἴαντος, *Soph. Aj.* 501. A præc.

Ὁμευνής, ῆτος, ὁ, idem quod ὁμευνέτης.

Ὅμευνις, ιδος, ἡ, uxor. Καὶ θρήνοισι τοῖς ὁμευνίδων, *Lycophr.* 372. Ab

Ὅμευνος, ȣ, ὁ, maritus.

Ὁμηγερής, έος, ὁ ϗ ἡ, congregatus. Hinc *pl.* ὁμηγερέες, congregati, *apud Hom.* Ex ὁμῦ et ἀγείρω.

Ὁμηγυρίζω, congrego. Hinc *apud Hom.* Ὁμηγυρίσασθαι, aor. 1. inf. med. congregare. Ὁμηγυρίσασθαι Ἀχαιὺς εἰς ἀγορὴν, *Od.* 16, 376. Ab

Ὁμήγυρις, εως, ἡ, cœtus, *Il.* 20, 142. Ex ὁμῦ et ἄγυρις, *congregatio*.

Ὁμήθεια, ἡ, consuetudo. Νυμφίδιοι φιλότητες, ὁμήθειαί τε πέλονται, *Oppian. Cyneget.* 4, 2.

Ὁμήθης, εος, ὁ ϗ ἡ, qui eorundem morum est. Ex ὁμῦ et ἦθος.

Ὁμήθεια, ἡ, familiaritas, *Man.*

Ὁμήλικα, acc. sing. ab ὁμῆλιξ.

Ὁμηλικία, ας, ἡ, *Ion.* ὁμηλικίη, ης, ἡ, ætatis æqualitas, eadem ætas, *Il.* 5, 126. Ab

Ὁμῆλιξ, ικος, ὁ ϗ ἡ, qui ejusdem ætatis est, *Ph.* æqualis, coëqualis, coætaneus, coævus; ὁμήλικες, coæquales, *Gl. V.*

Ὅμηλυς, υδος, ὁ ϗ ἡ, veniens simul, comes viæ, *Nonn.* Ex ὁμῦ et ἔρχομαι. Hinc

Ὁμηλυσία, ας, ἡ, *Ion.* ὁμηλυσίη, ης, ἡ, quando plures simul eunt.

Ὅμηρα, de unico obside, *Mac.* 1.

Ὁμηρεία, ας, ἡ, datio obsidum; (2) pignus. Ab ὁμηρεύω.

Ὁμήρειον, τὸ, templum in Homeri honorem.

Ὁμήρειος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, Homericus.

Ὁμήρευμα, ατος, τὸ, pignus; (2) obscs. Ab ὁμηρεύω.

Ὁμηρεῦσαι, nom. plur. part. præs. act. f. g. *Dor.* pro ὁμηρῦσαι, a verbo ὁμηρέω.

Ὁμηρεύω, f. εύσω, sum obses. Θεᾶ θεὸς Ἥρα ποτ᾽ ὡμήρευσε, *Eur. Bac.* 297. Τάς τε παῖδας ὡμηρεύειν εἰς ἀσφάλειαν πίστεως ἔδωκεν, *Herodian.* Ab ὅμηρος.

Ὁμηρέω, ῶ, f. ήσω, in unum convenio, occurro, obvius fio; comitor. Hinc ὡμήρησεν, 3. sing. aor. 1. occurrit *apud Hom.* Ὡμήρησε δέ μοι παρ᾽ ἑταίρων ἄγγελος ὠκὺς, *Od.* 16, 468. Ab eod.

Ὁμηρία, ας, ἡ, clarigatio, *Gl. V.*

Ὁμηρίδης, ȣ, ὁ, Homeri imitator, admirator; (2) rhapsodus; (3) ὁμηρίδαι, poëmatum Homericorum recitatores et actores. Etiam familia in insula Chio. Ab

Ὁμηρίζω, Homerum imitor; (2) Homerica usurpo; (3) mentior. Ab Ὅμηρος.

Ὁμηρικὸς, ἡ, ὸν, Homericus, ad Homerum pertinens, Homerum imitans. Comp. ὁμηρικώτερος sup. ὁμηρικώτατος. Ab eod.

Ὁμηρικῶς, *adv.* Homerico more.

Ὁμηριστής, ȣ̃, ὁ, Homerista, rhapsodus: ὁμηριστὴς χορὸς, vel ὁμηρισταὶ, Atellani, *Gl. V.* Ab ὁμηρίζω.

Ὁμηρόκεντρα, ων, τὰ, Homeri centones, carmen e variis carminum Homeri particulis consutum. Ex Ὅμηρος et κέντρων, *cento*.

Ὁμηροκέντρωνες, ώνων, οἱ, idem. Ex iisd.

Ὁμηρομάστιξ, ιγος, ὁ, flagellum Homeri, Zoilus, acerrimus criticus.

Ὅμηρον, ȣ, τὸ, pignus, quod est loco obsidis. Ab

ΌΜΗΡΟΣ, ȣ, ὁ, obses. *Gl. V.* ὅμηρος, τὸ ἀντίχυρον, obses, legatus; ὅμηροι, obsides, *Gl. V.* (2) cæcus, Cumæis, *Herodot. in Vit. Hom.*

Ὅμηρος, ȣ, ὁ, Homerus.

Ὁμιλαδὸν, *adv.* turmatim, catervatim, facto agmine. Ab ὅμιλος.

Ὁμίλει, 2. sing. præs. imperat. act. verbi

Ὁμιλέω, ῶ, f. ήσω, in cœtu aliquorum versor; (2) in colloquium venio, colloquor, confabulor; orationem ad populum habeo; sermocinor, *Gl. V.* (3) consuetudinem habeo, consuesco, etiam cum fœmina; (4) alicui rei valde deditus sum, ut studiis, vino, &c. Ὁμιλεῖν τοῖς πράγμασι δυνάμενος, *Dem.* τῇ φιλοσοφίᾳ, *Plato.* Ταῦτα μαθὼν ἀγαθοῖσιν ὁμίλει, *Theog.* 36. (4) ἐκεῖνος ὅτε στεφάνων, ὅτε βαθεῖαν κυλίκων νεῖμεν ἐμοὶ τέρψιν ὁμιλεῖν, ille neque corollarum, neque capacium calicum dedit mihi voluptate frui, *Soph. Aj.* 1199.

Ὁμιληδὸν, *adv.* idem quod ὁμιλαδὸν.

Ὁμίλημα, ατος, τὸ, officium, congressus, congressus officiosus. Ab ὁμιλέω.

Ὁμιλητής, ȣ̃, ὁ, qui conversari solet, cui frequens est conversatio cum aliquo; (2) discipulus, auditor. Ab eod. Hinc

Ὁμιλητικὸς, ἡ, ὸν, qui dextere versatur cum hominibus, politus, elegans, humanus, affabilis, comis. *Gl. V.* tractator.

Ὁμιλητὸς, ȣ̃, ὁ, comis, lenis: ȣ̓χ ὁμιλητὸς, immitis, asper, sævus. Ab eod.

Ὁμιλία, ας, ἡ, consuetudo cum aliquo; (2) colloquium, collocutio, sermo, disputatio; (3) concio de rebus sacris, *Ph.* (4) cœtus, turba. Κοινόπλȣν ὁμιλίαν, navales socios, *Soph. Aj.* 881. Ab ὅμιλος.

Ὁμιλίη, ης, ἡ, cœtus, collegium, *Herod.* Ab

ΌΜΙΛΟΣ, ȣ, ὁ, cœtus, turba, multitudo; (2) turma, caterva, multitudo militum; (3) vulgus, plebs; (4) strepitus, tumultus.

ΌΜΙΧΕ´Ω, ῶ, et ὀμίχω, mingo, *Hesiod. Op.* 725.

ΌΜΙ´ΧΛΗ, *Ion.* ὀμίχλη, ης, ἡ, nebula, caligo. Hinc

Ὀμιχλώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, nebulosus, caliginosus.

Ὄμιχμα, ατος, τὸ, urinæ excretio, mictus, *Hes.* ubi ὀμίχματα ȣ̓ρήματα, urinæ excretiones. Ab ὀμιχέω.

Ὄμμα, ατος, τὸ, visum, spectaculum, spectrum; (2) adspectus, facies; (3) oculus: ὄμματα, lumina, *Gl. V.* ab ὄπτομαι. Inservit periphrasi. Πτηνῆς ὡς ὄμμα πελείας, pavidæ instar columbæ, *Soph. Aj.* 140. (3) ocellus, deliciæ. (3) Ἀρτέμιδος χιονοτρόφον ὄμμα, Κιθαιρῶν, Dianæ nivosæ deliciæ, Cithæron, *Eurip. Phœn.* 809. Χὢ μὲν κατ᾽ ὄμμα στὰς, et ille quidem in conspectu stans, *Id. Andr.* 1118.

Ὀμμάτειος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qu. dic. ocularis; ὀμμάτειος πόθος, amor oculis insinuatus, *Hes.* (Vide *Æsch. Pr.* 665.) A præc.

Ὀμματεργάτης, ὁ ϗ ἡ, visus opifex, *Cyr.*

Ὀμματίδιον, ȣ, τὸ, ocellus. Dim. ab

Ὀμμάτιον, ȣ, τὸ, ocellus. Ab ὄμμα.

Ὀμματογράφος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, fucandæ faciei serviens; epith. fuci. Ex eod. et γράφω, *pingo*.

Ὀμματολαμπής, έος, ὁ ϗ ἡ, oculos fulgentes habens, pulcher. Ex eod. et λάμπω.

Ὀμματοστερής, έος, ὁ ϗ ἡ, oculis privatus, cæcus, *R.* Κρατὶ ὀμματοστερεῖ, in capite oculis orbo, *Soph. Œd. Col.* 1260. Ex ὄμμα et στερέομαι.

Ὀμματόω, ῶ, f. ώσω, oculatum et vigilem reddo; perf. pass. sine augm. ὀμματωμένος, ocellatus, *Gl. V.* Ab ὄμμα.

Ὄμνυ, *jura*, 2. sing. præs. imperat. act. *per Apoc.* pro ὄμνυθι, ab ὄμνυμι.

Ὀμνύεις, 2. sing. præs. indic. act. verbi

ΌΜΝΥΜΙ, vel ὀμνύω, juro, dejero; ὤμνυεν, imperf. jurabat; ὄμνυθι, imperat. jura; inf. ὀμνύειν, et ὀμνῦναι, jurare. Alia ab ὀμόω, ut f. 1. ὀμόσω, f. 2. med. ὀμῦμαι, jurabo; aor. 1. ὤμοσα, juravi; perf. ὀμώμοκα, juravi; inf. aor. 1. ὀμόσαι, *Poet.* ὀμόσσαι, jurare; imperat. ὄμοσον, jura. Ὄμνυμι ἐπὶ τέτοις πᾶσι νικᾶν τοῖς κριταῖς, *Aristoph. Av.* 451. Ἡ γλῶσσ᾽ ὀμώμοχ᾽, ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος, *Eur. Hipp.* 616. Μέγαν ὅρκον ὀμόσσαις, *Pind. Ol.* 6, 24.

Ὁμοαιχμία, *Hes.* pro ὁμαιχμία.

Ὁμοάριθμος, ejusdem numeri, *Lex. Vulg.*

Ὁμόβιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cum alio vivens; conjux, *Gl. V.* Ex ὁμῦ et βίος.

Ὁμοβλαστής, έος, ὁ ϗ ἡ, simul germinans. A βλαστάνω.

Ὁμόβȣλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui una consultat; (2) qui ejusdem est voluntatis. Ex ὁμὸς et βȣλὴ, vel βȣ́λομαι.

Ὁμοβώμιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cui ara cum alio communis est. Ex eod. et βωμός.

Ὁμογάλακτες, ων, οἱ ϗ αἱ, collactanei. Ex ὁμῦ et γάλα. Unde

Ὁμογάλακτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, collactaneus, *Ph.*

Ὁμόγαμβροι, ων, οἱ, qui simul generi sunt unius ejusdemque soceri vel socrus.

Ὁμόγαμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, maritus, uxor; (2) ejusdem tori socius. Ὁ τᾶς Πολυνείκεος αὐτοκασιγνήτας νύμφας ὁμόγαμος κυρεῖ, *Eurip. Phœn.* 137. (2) μάτην ἄρ᾽ ὁμόγαμόν σ᾽ ἐκτησάμην, *Id. Herc. Fur.* 339.

Ὁμογάστριος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, uterinus frater. Ex ὁμῦ et γαστήρ, *Il.* 21, 95.

Ὁμογένεια, ας, ἡ, cognatio. Ab

Ὁμογενής, έος, ὁ ϗ ἡ, ejusdem generis cognatus; *Gl. V.* gentilis, consanguineus; eandem sanguinis cognationem habens, id est, suscipiens liberos ex ea muliere e qua natus est. Ὁμογενὴς δ᾽ ἀφ᾽ ὧν αὐτὸς ἔφυν τάλας, *Soph. Œd. Tyr.* 1362. Ex ὁμῦ et γένος. Hinc

Ὁμογενῶς, *adv.* eodem genere.

Ὁμογνίτωρ, ορος, ὁ, frater. Πρὸς ἐμὸν ὁμογνίτορα, *Eurip. Phœn.* 168.
Ὁμογλωττέω, ῶ, f. ήσω, eadem lingua utor. Ab
Ὁμόγλωττος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui eadem lingua utitur, qui ejusdem linguæ est. A γλῶττα.
Ὁμογνήσιοι, germani, *Ph.*
Ὁμόγνητος, ου, ὁ ϗ ἡ, consanguineus, *Nonn.* Quasi ὁμογένητος.
Ὁμόγνιος, ου, ὁ ϗ ἡ. cognatus, gentilis; ὁμόγνιος Ζεὺς, Jupiter gentilitius; ὁμόγνιοι Θεοὶ, Penates, vel Dii gentilitii; quasi ὁμογένιος, *per Sync.* Πρὸς θεῶν ὁμογνίων, *Soph. Œd. Col.* 1333. Ex ὁμὸς et γένος.
Ὁμογνωμονέω, ῶ, fut. ήσω, ejusdem sum sententiæ, consentio, adsentio. *Gl. V.* ὁμογνωμονεῖν, concordare.
Ὁμογνωμόνως, *adv.* æque, eodem animo.
Ὁμογνωμοσύνη, ης, ἡ, consensus. Ab
Ὁμογνώμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, qui ejusdem est sententiæ; *Gl. V.* unanimis, concors. Ex ὁμὸς et γνώμη.
Ὁμόγονος, ου, ὁ ϗ ἡ, germanus. At ὁμόγονα, quæ ejusdem sunt generis. Ex ὁμὸς et γίνομαι.
Ὁμόγραμμος, ου, ὁ ϗ ἡ, iisdem lineis circumscriptus. Ex ὁμὸς et γραμμή.
Ὁμογραφέω, pari modo, h. e. iisdem literis scribo verbum aliquod, *Vox Gramm.* A γράφω.
Ὁμοδέμνιος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ejusdem lecti seu strati particeps est, conjux. A δέμνιον.
Ὁμοδημέω, ῶ, fut. ήσω, aggrego et accommodo me civibus meis; civilem me gero. Ab
Ὁμόδημος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ejusdem populi est, popularis, gentilis; (2) qui cum populo facit, qui ad populi mores se componit. Ex ὁμὸς et δῆμος.
Ὁμοδίαιτος, ου, ὁ ϗ ἡ, eodem victu utens, idem vitæ genus sequens; *Gl. V.* contubernalis, convictor. Ex ὁμὸς et δίαιτα.
Ὁμοδογματέω, ῶ, ejusdem sum sententiæ, idem sentio. Ex ὁμοῦ et δόγμα.
Ὁμοδοξέω, ῶ, idem. Περὶ τούτων ὁμοδοξοῦσι, *Theophr.*
Ὁμοδοξία, ας, ἡ, eadem opinio, consensus opinionum; (2) par gloria. Ab
Ὁμόδοξος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ejusdem opinionis est; (2) pari gloria præditus, *R.* Ex ὁμὸς et δόξα, *opinio, gloria.* Hinc
Ὁμοδόξως, *adv.* æquali gloria.
Ὁμοδόρπιος, ου, ὁ ϗ ἡ, cœnæ particeps seu socius. Ex ὁμοῦ et δόρπον.
Ὁμόδουλος, ου, ὁ ϗ ἡ, conservus, conserva.
Ὁμοδρομέω, ῶ, una curro; (2) concurro, *Plut.* Ex ὁμοῦ et δρόμος. Hinc
Ὁμοδρομία, *Ion.* μίη, ἡ, concursus, pugna.
Ὁμόδρομος, qui una currit, comes cursus.
Ὁμοδύναμος, ου, ὁ ϗ ἡ, æque potens, *R.* Ex ὁμοῦ et δύναμις.
Ὁμοεθνέω, ejusdem gentis sum. Ab
Ὁμοεθνὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ejusdem generis seu nationis; *Gl. V.* ὁμόεθνος, congentilis. Ἐκ γὰρ δυοῖν οὐκ ὁμοεθνέων ἐγεγόνεε, *Herodot.* 1, 91. Ex ὁμὸς et ἔθνος, *gens.* Hinc
Ὁμοεθνία, ας, ἡ, gentilitas, cognatio, partium corporis inter se consensio, *Hippoc.*
Ὁμόεθνος, ον, ejusdem gentis.
Ὁμοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui ejusdem speciei est, ejusdem generis. Ex ὁμὸς et εἶδος. Hinc
Ὁμοειδία, ας, ἡ, speciei similitudo, formæ convenientia.
Ὁμοειδῶς, *adv.* eadem, simili forma.
Ὁμοερκὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, τὸ ὁμοερκὲς, quod eodem septo coërcetur, iisdem ædibus habitans. Ex ὁμὸς et ἕρκος, *septum.*
Ὁμοέστιος, ου, ὁ ϗ ἡ, eumdem larem habens, contubernalis. Ex ὁμὸς et ἑστία.
Ὁμοζηλία, ας, ἡ, par studium. Ὁμοζηλία τῆς καλοκαγαθίας, probitatis et honestatis par studium, *Joseph. Maccab.* 13.
Ὁμόζηλος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui unum idemque æmulatur; (2) concors.
Ὁμοζυγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui sub eodem jugo est, conjux, conjunctus. Ex ζυγός.
Ὁμόζυγες, ου, ὁ ϗ ἡ, idem, *Gl. V.*

Ὁμοζυγόω, ferio æqualibus intervallis. Τὴν εἰρεσίαν οὐχ ὁμοζυγοῦντες, *Heliod. Æthiop.* 2.
Ὁμόζυξ, υγος, ὁ ϗ ἡ, idem; ὁμόζυγες, juges. *Gl. V.* juncti, bini.
Ὁμοήθεια, ας, ἡ, morum similitudo, morum consensio, concordia. Ab
Ὁμοήθης, εος, ὁ ϗ ἡ, qui eorumdem morum est, qui similibus est moribus. *Gl. V.* similis, consuetus, solitus. Ex ὁμὸς et ἦθος.
Ὁμοθάλαμος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui simul et in eodem thalamo habitat, contubernalis.
Ὁμοθαμνέω, una fruticor. A θάμνος, *frutex.*
Ὁμόθεν, *adv.* ex eodem loco; (2) ex propinquo; (3) ex eodem genere. (1) οἱ μὲν ἄμ' ἄμφω, οὐδ' ὁμόθεν, *Apoll. Rhod.* 1, 90. (3) οἷς ὁμόθεν εἶ, quibus propinqua es, sanguine juncta es, *Soph. Elect.* 157. Ab ὁμός.
Ὁμόθεος, ου, ὁ ϗ ἡ, pariter Deus, una vel simul Deus, ejusdem divinitatis consors.
Ὁμόθηλος, ου, ὁ, collactaneus, cognatus.
Ὁμοθήρος, ὁ ϗ ἡ, venationis socius, *Call.*
Ὁμόθριξ, χος, similes pilos habens; epith. equi. Vide ὅτριχες.
Ὁμόθρονος, ου, ὁ ϗ ἡ, ejusdem throni consors.
Ὁμόθροος, ου, ὁ ϗ ἡ, unum idemque loquens, concors, consentiens.
Ὁμοθυμαδὸν, *adv.* uno animo, una mente, concordi voluntate, unanimiter; (2) universim, una, pariter, simul, *Ph.*
Ὁμοθυμία, ας, ἡ, unanimitas, concordia. Ab
Ὁμόθυμος, ου, ὁ ϗ ἡ, unanimis, concors.
Ὁμοιάζω, similis sum. Ab ὅμοιος.
Ὁμοίην, *similem,* accusat. sing. f. g. *Ion.* pro ὁμοίαν.
Ὁμοιόαρκτος, ον, simul incipiens. Ab ἄρχομαι.
Ὁμοίϊος, similis, omnibus communis; omnibus æque perniciosus; omnibus æque molestus, instans. Σὲ γῆρας τείρει ὁμοίϊον, te senectus atterit omnibus-æque-molesta, *Il.* 4, 315. Ab ὅμοιος, *similis,* vel potius ab ὁμοῦ, *simul,* et ἱέναι, ab εἶμι.
Ὁμοίνοος. Vide ὁμόνοος, *Ep.*
Ὁμοιοβαρὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, æque gravis, *Suicer.* A βάρος.
Ὁμοιόβιος, ου, ὁ ϗ ἡ, simili victu utens.
Ὁμοιοβίοτος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem.
Ὁμοιοβλαστάνειν, similiter germinare, germine convenire.
Ὁμοιογένεια, ας, ἡ, generis similitudo. Ab
Ὁμοιογενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui similis vel prope ejusdem est generis. Ex ὅμοιος et γένος.
Ὁμοιογενῶς, *adv.* simili genere. A præc.
Ὁμοιοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui similis vel prope ejusdem est speciei. Ex ὅμοιος et εἶδος.
Ὁμοιόθριξ, ιχος, ὁ ϗ ἡ, idem quod ὁμόθριξ.
Ὁμοιοκαρπέω, ῶ, similes fructus gigno. Ab
Ὁμοιόκαρπος, ου, ὁ ϗ ἡ, similes habens fructus.
Ὁμοιοκαταληκτέω, similiter desino.
Ὁμοιοκατάληκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, similiter desinens. Ex ὅμοιος et καταλήγω. Hinc
Ὁμοιοκαταληξία, ἡ, similitudo clausulæ.
Ὁμοιόκριθος, ου, ὁ ϗ ἡ, hordeo similis. Ex ὅμοιος et κριθὴ, *hordeum.*
Ὁμοιολεπτομερὴς, ὁ ϗ ἡ, in partes tenues similesque divisus, *ap. Sch. Aristot.* A μέρος.
Ὁμοιολογία, ας, ἡ, dictio similis, similia verba. Ex ὅμοιος et λόγος.
Ὁμοιομέρεια, ας, ἡ, similitudo partium, partes similes. *Vox Anaxag. Lucret.* homœomeria. Ab
Ὁμοιομερὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, constans ex partibus similibus, partes habens similes. Ex μέρος.
Ὁμοιομούσιος, ου, ὁ ϗ ἡ, similis et ejusdem essentiæ. Ex οὐσία.
Ὁμοιόμορφος, ου, ὁ ϗ ἡ, similem formam habens, *R.* Ex μορφή.
Ὅμοιον, similitudo; *adverb.* similiter; ὅμοια, *adv. cum dat.* perinde ut, pariter ac.
Ὁμοιούσιος, ου, ὁ ϗ ἡ, similis essentiæ, similem essentiam habens. Ab οὐσία.
Ὁμοιοπάθεια, ας, ἡ, adfectuum similitudo, similes adfectus, naturæ similitudo.
Ὁμοιοπαθέω, ῶ, fut. ήσω, similiter adficior, iidem mihi sunt adfectus, eadem natura sum. Ὁμοιοπαθεῖν τινι, *Aristot.* Ab
Ὁμοιοπαθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, cui similes sunt adfectus, iisdem adfectibus obnoxius, *item* similis naturæ. Ex ὅμοιος et πάθος.
Ὁμοιοπαθῶς, *adv.* similibus adfectionibus.
Ὁμοιόπιστος, ου, ὁ ϗ ἡ, ejusdem fidei. A πίστις.
Ὁμοιοπρεπὴς, ὲς, similiter ornatus. A πρέπει.
Ὁμοιοπροσωπεῖν, ejusdem esse personæ.
Ὁμοιοπρόσωπος, ου, ὁ ϗ ἡ, ejusdem personæ, *Gramm.* A πρόσωπον.
Ὁμοιόπτερος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui similes habet pennas; ὁμοιόπτεροι, qui sunt æqualis dignitatis et ætatis, *Hes.* A πτερόν.
Ὁμοιόπτωτος, ου, ὁ ϗ ἡ, similiter cadens, similes casus habens. A πτόω, vel πίπτω.
Ὁμοιοπτώτως, *adv.* iisdem casibus.
Ὁμοιόπυρος, ου, ὁ ϗ ἡ, tritico similis.
Ὅμοιος, οία, οιον, similis; (2) par, æqualis; aliquando et ὁμοῖος. Ab ὁμός.
Ὁμοιόσημος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem significans. Ex σῆμα.
Ὁμοιόσκευος, ου, ὁ ϗ ἡ, simili cultu seu habitu utens. Ex σκευή.
Ὁμοιόστομος, ον, ore similis. Ex ὅμοιος et στόμα.
Ὁμοιοσύντακτος, ου, ὁ ϗ ἡ, similis et ejusdem constructionis. Ex συντάσσω.
Ὁμοιοσχημονέω, ῶ, ejusdem figuræ sum, eumdem habitum servo. Ab
Ὁμοιοσχήμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, qui ejusdem figuræ est, conformis. Ex ὅμοιος et σχῆμα.
Ὁμοιοσχημόνως, *adv.* eadem forma. A præc.
Ὁμοιοταχὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, simili celeritate præditus, æque velox. Ex ταχύς.
Ὁμοιοταχῶς, *adv.* simili celeritate. A præc.
Ὁμοιοτέλευτον, ου, τὸ, similem clausulam habens, similiter desinens. A τελευτή.
Ὁμοιότης, ητος, ἡ, similitudo; item æqualitas, parilitas, *Gl. V.* Ab ὅμοιος.
Ὁμοιότονος, ον, similem tonum habens.
Ὁμοιοτόνως, *adv.* simili tono.
Ὁμοιοτροπία, ας, ἡ, similis et idem prope modus; (2) morum similitudo. Ab
Ὁμοιότροπος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui similis et ejusdem modi est; (2) similibus præditus moribus, ejusdem ingenii.
Ὁμοιοτρόπως, *adv.* eodem modo.
Ὁμοιοτύπωτος, ου, ὁ ϗ ἡ, simili forma expressus.
Ὁμοιούσιος, ου, ὁ ϗ ἡ, similis naturæ, similem essentiam habens. Ab οὐσία.
Ὁμοιοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, similiter germinans. Ex φέρω.
Ὁμοιόφωνος, ου, ὁ ϗ ἡ, similem vocem habens. Ex φωνή.
Ὁμοιοχροία, ας, ἡ, similitudo coloris.
Ὁμοιόχρονος, ον, qui est ejusdem intervalli, durationis, temporis; epith. pedum, ut Dactylus, et Anapæstus.
Ὁμοιοχρώματος, ου, ὁ ϗ ἡ, colore similis. A χρῶμα.
Ὁμοιόω, ῶ, fut. ώσω, adsimilo, similem reddo; (2) comparo, confero; ὁμοιοῦμαι, adsimilor; ὡμοιώθην, aor. 1. similis factus sum; inf. ὁμοιωθῆναι, *Poet.* ὁμοιωθήμεναι, exæquari. Alicubi et ὁμοιῶ, similis sum. Τίνι ὁμοιώσωμεν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ; *Marc.* 4, 30. Ἄστροις ὁμοιωθῆναι, *Eurip. Hel.* 139. Ab ὅμοιος.
Ὁμοιωθήμεναι, *adsimilatum esse,* a. 1. inf. pass. *Dor.* pro ὁμοιωθῆναι, ab ὁμοιόω.
Ὁμοίωμα, ατος, τὸ, similitudo; simulacrum, figura expressa ad alicujus similitudinem. Ab ὁμοιόω. Hinc
Ὁμοιωματικὸς, ἡ, ὀν, similitudinem significans, ut ὁμοιωματικὸν ὄνομα, nomen similitudinis.
Ὁμοίως, *adv.* similiter, simili modo, perinde, pariter, æque; (2) tamen, nihilominus. (2) τὴν εἰρήνην συνθέμενοι, καὶ ὁμοίως ἀντιπαραξάγοντες, qui cum pacem pepegeritis nihilominus in aciem descendatis, *Demosth. pro Corona.* Ab ὅμοιος.
Ὁμοίωσις, εως, ἡ, similitudo, simulacrum, effigies; (2) nomen figuræ rhetoricæ, quum res similitudine explicatur. Ab ὁμοιόω.
Ὁμοιωτὴς, οῦ, ὁ, qui rerum simulacra imitatur et exprimit. Ab eod.
Ὁμόκαπνος, ου, ὁ ϗ ἡ, ad eundem fumum sive focum degens cum aliis, contubernalis.

Ὁμόκα-

Ὁμόκαπος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem præsepe vel candem mensam habens, commensalis. Ex ὁμὸς et κάπη, *præsepe.*

Ὁμοκάτοικος, ου, ὁ ϗ ἡ, sub eodem tecto habitans.

Ὁμοκέλευθος, ον, comes itineris. viæ.

Ὁμόκεντρος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem centrum habens. A κέντρον.

Ὁμοκλάω, vel ὁμοκλέω, ῶ, fut. ήσω, hortor vociferando, minaciter clamo, increpito; ὁμόκλεον, imperf. minabantur, et *Ion.* ὁμοκλήσασκε, 3. sing. a. 1. increpabat. Οἱ δ' ἅμα ἵπποις ὁμοκλήσαντες, *Soph. El.* 714. Ab

Ὁμοκλὴ, ῆς, ἡ, exhortatio cum vociferatione, increpatio et comminatio. A κέλω.

Ὁμοκληρία, ας, ἡ, consortium, *Gl. V.* Ab

Ὁμόκληρος, ου, ὁ ϗ ἡ, cohæres, particeps.

Ὁμοκλήσαντες, nom. plur. aor. 1. part. act. verbi ὁμοκλάω, *minor.*

Ὁμοκλητεῖρα, ἡ, bellica, *Lyc.*

Ὁμοκλητὴρ, ῆρος, ὁ, increpator, objurgator, qui magno cum clamore minatur. Ab ὁμοκλέω.

Ὁμόκλητος, ου, ὁ ϗ ἡ, simul vocatus cum alio. Ex ὁμοῦ et καλέω.

Ὁμοκλινὴς, ἐος, ὁ ϗ ἡ, simul accumbens mensæ, *Nonn.* ubi ὁμοκλινέες. Ex ὁμοῦ et κλίνη.

Ὁμόκλινος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui eodem lecto est; (2) qui eadem mensa fruitur. Ex iisd.

Ὁμόκλιτος, ου, ὁ ϗ ἡ, eodem tecto utens, simul manens cum alio. Ab

Ὁμοκοίλιος, ου, ὁ ϗ ἡ, uterinus frater. Ex κοιλία.

Ὁμοκοιτία, ας, ἡ, concubitus. Ab

Ὁμόκοιτος, ου, ὁ ϗ ἡ, eodem lecto cum aliquo utens, simul cubans. A κοίτη.

Ὁμόλεκτρος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem; (2) eandem conjugem habens. (2) Ζηνὸς ὁμόλεκτρον κάρα, eandem conjugem cum Jove habens, *Eur. Or.* 476. (1) εἰ τόνδ' ἀποκτείνειεν ὁμόλεκτρος γυνὴ, *Id. ibid.* 507. Ex λέκτρον.

Ὁμολεξία, ἡ, consensus. A λέγω.

Ὁμόλεχος, ου, ὁ ϗ ἡ, conjux.

Ὁμολογέω, ῶ, fut. ήσω, consentio, adsentior; (2) spondeo, roganti promitto, despondeo, *Gl. V.* (3) præs fio; (4) conditiones, v. gr. pacis, accipio; (5) confiteor, profiteor, palam dico, adfirmo, testor; (6) similis sum, respondeo; (7) laudo, celebro, gratias ago, per Heb. *item* deprecor; aor. 1. ὡμολόγησα, confessus sum, *Gl. V.* pass. ὁμολογεῖται, concessum est, convenit; part. ὁμολογούμενον, quod in confesso est, consentaneum; aor. 1. part. ὁμολογηθεὶς, votivus, *Gl. V.* perf. ὡμολογημένον, confessum, *Gl. V.* et sine augmento ὁμολογημένον, condictum, *Gl. V.* ὡμολόγηται, constat, *Ph.* 3. sing. perf. Ὁμολογῶ σοι καταλύσειν, *Thuc.* πρός σε, *Plato.* μετὰ τῶν βαρβάρων, *Æschin.* Ὡμολογήθη νῷν πλεῦσαι οἴκαδε ἐμέ, *Plato.*

Ὁμολογηθέντα, acc. sing. aor. 1. pass.

Ὁμολόγημα, ατος, τὸ, id de quo convenit inter aliquos, inter disputantes, quod in confesso est:

Ὁμολογησία, ας, ἡ, confessio:

Ὁμολόγησις, ἡ, idem. Ab ὁμολογέω.

Ὁμολογητὴς, οῦ, ὁ, sponsor, *Ph.* (2) confessor, omnis vere Christianus; stricte ὁμολογηταὶ, qui tormenta propter Christum perpessi sunt, ac liberati Ab eod.

Ὁμολογία, ας, ἡ, confessio; (2) consensus; (3) conventio, pactum, pactio; (4) deditio, deditionis conditio. *Gl. V.* confessio, professio, stipulatio, sponsio, pactio; (5) convenientia, concinnitas. Ab

Ὁμόλογος, ου, ὁ ϗ ἡ, consentiens, ejusdem sententiæ; (2) consentaneus, aptus; τὸ ὁμόλογον, compromissum, pactum, *Ph.* ἐξ ὁμολόγου, aperte, consensu et confessione omnium. Ex ὁμὸς et λέγω.

Ὁμολογουμένως, *adv.* ex confesso, omnium consensu, manifeste, citra controversiam, indubitanter; (2) convenienter, congrue. Ab ὁμολογέομαι.

Ὁμολόγως, *adv.* idem.

Ὁμόλοχοι, ων, οἱ, qui ejusdem sunt cohortis.

Ὁμολώϊος, cognomentum Jovis ap. Thebanos.

Ὁμομαστιγίας, ου, ὁ, particeps verberum; conservus, pari pœna dignus. Ab

Ὁμομάστιξ, γος, ὁ, idem.

Ὁμομήτριος, ία, ιον, eadem matre natus; uterinus, *Gl. V.* Ex ὁμὸς et μήτηρ.

Ὁμομήτωρ, ορος, ὁ ϗ ἡ, *Poll.* ubi ὁμομήτορες, iidem qui ὁμομήτριοι. Ex iisd.

Ὁμόναος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui communi templo colitur.

Ὁμόνεκρος, ου, ὁ ϗ ἡ, simul, pariter mortuus; æque corruptus ac cadaver.

Ὁμονήδυος, ου, ὁ, frater germanus, frater uterinus. Ex νηδύς.

Ὁμονοεῖον, ου, τὸ, templum Concordiæ. Ab ὁμόνοια.

Ὁμονοέω, ῶ, fut. ήσω, concors sum, concorditer vivo, consentio *Gl. V.* concordo. Ab ὁμόνοος. Hinc

Ὁμονοητικὸς, ἡ, ὸν, ad concordiam pertinens; (2) ad concordiam efficiendam aptus, propensus.

Ὁμονοητικῶς, *adv.* concorditer, consensu.

Ὁμόνοια, ας, ἡ, concordia, consensus, conspiratio; (2) Deæ nomen. Ab

Ὁμόνοος, *contr.* ὁμόνους, ου, ὁ ϗ ἡ, eandem mentem habens, concors, unanimis.

Ὁμόνομος, ον, iisdem legibus utens, *Plat.*

Ὁμοουσιασταὶ, οῦ, ὁ, ὁμοουσιασταὶ vocabantur qui τὸ ὁμοούσιον defendebant. Ab

Ὁμοούσιος, ὁ ϗ ἡ coessentialis, consubstantialis, ejusdem essentiæ. Ex οὐσία. Hinc

Ὁμοουσιότης, ητος, ἡ, consubstantialitas.

Ὁμόπαγοι, οἱ, qui ejusdem sunt pagi, *V. L.*

Ὁμοπαθέω, ῶ, fut. ήσω, adsentio, obtempero, *Plut.* Ab

Ὁμοπαθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, iisdem adfectibus obnoxius, eodem modo adfectus in re aliqua. Ex πάθος.

Ὁμοπαθῶς, *adv.* cum similitudine adfectuum, vel iisdem adfectibus. A præc.

Ὁμόπαιδες, ων, οἱ, pueri eodem partu editi, gemelli.

Ὁμοπάτριος, ου, ὁ, frater. Ex ὁμὸς et πατήρ.

Ὁμόπατρος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem et ex iisd. Sed pro eo dicitur ὄπατρος *apud Poet.*

Ὁμοπάτωρ, ορος, ὁ ϗ ἡ, idem et ex iisd.

Ὁμόπεδος, ον, planus, ut ὁμαλός. A πέδον.

Ὁμοπιστία, ας, ἡ, fidei conspiratio, eadem fides. Ab

Ὁμόπιστος, ου, ὁ ϗ ἡ, in fide consentiens, ejusdem fidei. Ex ὁμὸς et πίστις.

Ὁμοπλεκὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, in unum nexus, in unum plicatus. Ex ὁμοῦ et πλέκω.

Ὁμόπλεκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem. Ex iisd.

Ὁμοπλοέω, ῶ, fut. ήσω, simul navigo.

Ὁμόπλοια, ας, ἡ, navigationis societas. Ab

Ὁμόπλοος, *contr.* ὁμόπλους, ου, ὁ ϗ ἡ, simul navigans, navigationis socius.

Ὁμοπλωτὴρ, ῆρος, ὁ, idem; (2) qui simul natat.

Ὁμόπολις, εως, ὁ ϗ ἡ, qui ex eadem urbe est; (2) conterraneus, popularis.

Ὁμοπόρευτος, ου, ὁ ϗ ἡ, simul iter faciens. Ex ὁμοῦ et πορεύομαι.

Ὁμοπραγέω, socius, conscius sum alicujus rei.

Ὁμοπράγμων, ονος, ὁ, socius, adjutor. A πράσσω.

Ὁμοπροσκύνητος, ου, ὁ ϗ ἡ, ejusdem adorationis, eadem adoratione dignus. Ex ὁμὸς et προσκυνέω.

Ὁμόπτερος, ου, ὁ ϗ ἡ, similiter alatus, similiter volans, eodem vento utens, de navi; epith. currus, cujus equi æquabiliter currunt. *metaph.* compar, de duobus fratribus. Ἀπήνας ὁμοπτέρου, τὰς ἀποζυγείσας δόμων, πόθον κατέχων, *Eurip. Phœn.* 331. Ex ὁμοῦ et πτερόν.

Ὁμοπτέρως, *adv.* pari cursu, celeritate.

Ὁμόπτολις, εως, ὁ ϗ ἡ, idem quod ὁμόπολις.

Ὁμοπτώτως, *adv.* eodem casu. Ex πίπτω.

Ὄμοργμα, ατος, τὸ, macula, labes.

Ὁμόργνυ, 3. sing. imperf. ind. act. *Ion.* pro ὠμόργνυ, ab

ὈΜΟΡΓΝΥΜΙ, fut. ξω, tergo, abstergo; (2) imprimo, inuro; aor. 1. med. inf. ὀμόρξασθαι, abstergere; part ὀμορξάμενος, tergens. Δάκρυ ἰμορξάμενος, *Odyss.* 8, 88.

Ὁμορέω, ῶ, fut. ήσω, confinis seu conterminus sum. Ὁμορεῖ χωρίον ἐκείνῳ, *Plut.* Ab ὅμορος. Hinc

Ὁμόρησις, εως, ἡ, ὁμούρησις, confinitas, vicinitas adfinitas.

Ὀμορξάμην, aor. 1. med. verbi ὀμόργνυμι.

Ὀμόρξω, *tergam*, fut. 1. ind. act. verbi ejusd.

Ὁμόριος, ον, idem quod

Ὅμορος, ου, ὁ ϗ ἡ, finitimus, confinis, conterminus. Ex ὁμοῦ et ὅρος.

Ὁμοροφία, ας, ἡ, contubernium, *Gl. V.*

Ὁμορόφιος, ου, ὁ ϗ ἡ, sub eodem tecto habitans, contubernalis. Ex ὁμοῦ et ὀροφή.

Ὁμόροφος, vel ὁμόρροφος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem et ex iisd.

Ὁμόρρεεθρος, ου, ὁ ϗ ἡ, communia fluenta habens, ex eodem rivo aquas ducens. Ex ὁμοῦ et ῥέεθρον.

Ὁμόρρητος, ου, ὁ ϗ ἡ, et ὁμόρρητος, ον, uno eodemque ore dictus, concors, *Nonn.*

Ὁμορρὴ, ῆς, ἡ, confluvium, *V. Lex.*

Ὁμορροθέω, ῶ, fut. ήσω, constrepo; (2) consentio. (2) ἓν οὖν λόγοισιν τοῖς ἐμοῖς ὁμορροθεῖ, *Eur. Or.* 529. Δέδρακα τοὔργον, εἴπερ ἥδ' ὁμορροθεῖ, modo hæc consentiat, *Soph. Antig.* 536. Ab ὁμόρροθος.

Ὁμορρόθιος, ὁ ϗ ἡ, simul agitatus fluctibus.

Ὁμόρροθος, ου, ὁ ϗ ἡ, simul strepitum aut sonitum edens, consentiens.

Ὁμόρροια, ας, ἡ, confluentia, confluvium. Ab

Ὁμόρροος, ου, ὁ ϗ ἡ, simul fluens.

Ὁμόρροφος, ου, ὁ ϗ ἡ, compotor. Ex ὁμοῦ et ῥοφέω, *haurio.*

Ὁμορυσμίη, ης, ἡ, vicinitas, *ap. Hipp.* Ab

Ὁμορυσμὸς, οῦ, ὁ, idem, *ap. Hipp.* A ῥυσμός.

ὉΜΟ'Σ, ἡ, ὸν, similis, par.

Ὀμόσαι, aor. 1. inf. act. verbi ὀμόω, pro ὄμνυμι.

Ὁμόσαρκος, ου, ὁ ϗ ἡ, ejusdem carnis, naturæ humanæ consors. Ex ὁμὸς et σάρξ.

Ὁμόσε, *adv.* eumdem in locum, eodem; ὁμόσε ἰέναι, ὁμόσε χωρεῖν, concurrere, pedem conferre, manum conserere. Χωρεῖν ὁμόσε, cominus ire. Χωρεῖν ὁμόσε τοῖς λόγοις θέλων, *Eurip. Or.* 919. Ab ὁμός.

Ὀμόσῃς, 2. sing. aor. 1. conj. act. verbi ὄμνυμι.

Ὁμοσθενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, æque fortis seu validus. Ex σθένος.

Ὁμοσίπυοι, ων, οἱ, conjuges, quasi ex uno penu victitantes. Ex ὁμὸς et σιπύη.

Ὁμοσιτέω, ῶ, fut. ήσω, una cibum capio. Ab

Ὁμόσιτος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui cibum una cum alio capit, convictor.

Ὁμόσκευος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui iisdem armis utitur.

Ὁμοσκηνία, ας, ἡ, contubernium. Ab

Ὁμόσκηνος, ου, ὁ ϗ ἡ, in eodem tentorio degens, contubernalis. Ex σκηνή. Hinc

Ὁμοσκηνόω, vel ὁμοσκηνέω, ῶ, contubernalis sum, in eodem tentorio habito.

Ὁμόσπλαγχνος, ου, ὁ ϗ ἡ, cognatus, consanguineus, frater. Οὐδὲν γὰρ αἰσχρὸν τοὺς ὁμοσπλάγχνους σέβειν, *Soph. Antig.* 511. Ex σπλάγχνον.

Ὁμοσπονδέω, fœderis particeps sum. Ab

Ὁμόσπονδος, ου, ὁ ϗ ἡ, libaminum consors; ejusdem fœderis particeps. *Gl. V.* fœderatus. Ex σπονδή.

Ὁμόσπορος, ου, ὁ ϗ ἡ, simul seminatus, una satus; (2) eadem stirpe ortus, frater vel soror; (3) qui cum eadem muliere, qua cum alius, rem habet. (2) τέκνοισι τοῖς ἐμοῖς ὁμοσπόρους φῦσαι τυράννους παῖδας, *Eurip. Med.* 596. (3) τοῦ πατρὸς ὁμόσπορος, lecti paterni particeps, *Soph. Œd. Tyr.* 460. Ἔχων δὲ λέκτρα, καὶ γυναῖχ' ὁμόσπορον, *Id. ibid.* 260. Ex ὁμοῦ et σπείρω.

Ὁμοσπόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui cum eadem femina rem habet. Ex iisd.

Ὀμόσσῃ, *juraverit*, 3. sing. aor. 1. conj. act. *Poet.* pro ὀμόσῃ, verbi ὀμόω, pro ὄμνυμι, *juro.*

Ὄμοσσον, *jura*, 2. sing. a. 1. imperat. act. *Poet.* pro ὄμοσον, a verbo eod.

Ὁμόστεγος, ου, ὁ ϗ ἡ, contubernalis. Ex ὁμοῦ et στέγη.

Ὁμοστιβὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, iisdem vestigiis incedens; *metaph.* consentiens, concors. Ex στείβω.

Ὁμοστιχάω, ῶ, fut. ήσω, simul procedo, una eo, comitor, *Il.* 15. 635. Ex στίχω.

Ὁμοστιχέω, ῶ, fut. ήσω, idem.

Ὁμοστιχής, έος. ὁ ϗ ἡ, simul incedens.

Ὁμόστοιχος, ου, ὁ ϗ ἡ, vel ὁμόστιχος, in eodem versu seu ordine locatus; (2) comes, qui ejusdem est ordinis.

Ὁμόστολος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui simul mittitur, seu proficiscitur, ejusdem viæ comes; (2) qui eodem amictus genere utitur; comes. Μαινάδων ὁμόστολον, *Soph. Œd. Tyr.* 212. Ὁμόστολον ἀλλήλοισι ναυτιλίην πλώοντες, *Oppian. Cyneget* 2, 218. Ex στέλλω.

Ὁμόστοργος, ου, ὁ ϗ ἡ, eodem amore prosequens, concors in amore. Ex στοργή.

Ὁμόσφυρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui cum alio iter facit, comes; exponitur et frater. Ex σφυρόν.

Ὁμοσχήμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, eandem formam seu habitum habens, uniformis. Ex σχῆμα.

Ὀμόσω, *jurabo*, fut. 1. ind. act. verbi ὄμνυμι.

Ὀμοῦμαι, *jurabo*, fut. 2. ind. med.

Ὁμοταγής, έος, ὁ ϗ ἡ, qui ejusdem est ordinis. Ex ὁμὸς et τάσσω.

Ὁμοταγῶς, *adv.* eodem ordine. A præc.

Ὁμοτάλαντος, ον, ejusdem pretii, magnitudinis, ponderis. Ex τάλαντον.

Ὁμόταφος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem sepulchrum habens.

Ὁμοταχής, έος, ὁ ϗ ἡ, æque velox. Ex τάχος.

Ὁμόταχος, ου, ὁ, æque velox. Καὶ τὸν δρόμον οὕτως ὁμόταχον ῥυθμίζων, *Heliodor.* 10.

Ὁμοταχῶς, *adv.* simili celeritate. A præc.

Ὁμοτελής, έος, ὁ ϗ ἡ, qui idem tributum vel una pendit. Ex τέλος.

Ὁμοτέλευτος, ον, eodem modo desinens. A τελευτή.

Ὁμοτέρμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, conterminus, vicinus. Ex τέρμων.

Ὁμοτεχνέω, ῶ, eandem artem factito. Ab

Ὁμότεχνος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui eandem artem exercet, factitat. *Gl. V.* Ex τέχνη.

Ὁμότηθος, ὁ ϗ ἡ, eadem nutrice usus, eodem ubere lactatus. A τήθη.

Ὀμοτής, οῦ, ὁ, jurator, juratus, *Gl. V.* Ab ὄμνυμι, *juro*. Unde

Ὀμοτικός, ή, όν, jurativus, qui jurantis est, ut ὀμοτικὰ ἐπιῤῥήματα, adverbia jurandi.

Ὁμοτιμία, ας, ἡ, honoris æqualitas, par dignitas. Ab

Ὁμότιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui in pari habetur honore; qui paris est conditionis. *Gl. V.* collega, consors; (2) ὁμότιμοι, ordo aliquis ap. Laced. Ex τιμή.

Ὁμοτίμως, *adv.* pari dignitate.

Ὁμότιτθος, ου, ὁ ϗ ἡ, eadem nutrice usus. Ex τιτθή.

Ὁμότοιχος, ου, ὁ ϗ ἡ, communem parietem habens, vicinus.

Ὁμότονος, ου, ὁ ϗ ἡ, eundem tenorem servans; (2) æqualiter tentus, contentus. Ex ὁμὸς et τείνω.

Ὁμοτόνως, *adv.* æquali seu eodem tenore.

Ὁμοτράπεζος, ου, ὁ ϗ ἡ, eadem utens mensa. Ex τράπεζα.

Ὁμότρητος, ου, ὁ ϗ ἡ, una perforatus, una penetrabilis, *Nonn.*

Ὁμότριχος, ου, ὁ ϗ ἡ, eosdem pilos habens. Ex ὁμὸς et θρίξ.

Ὁμοτροπέω, ῶ, iisdem moribus sum præditus, similis sum:

Ὁμοτροπία, ας, ἡ, morum similitudo, similitudo simplex. Ab

Ὁμότροπος, ου, ὁ ϗ ἡ, similibus moribus præditus; (2) ejusdem modi, similis.

Ὁμοτρόπως, *adv.* similiter, eodem modo.

Ὁμοτροφία, ας, ἡ, communis educatio. Ab

Ὁμότροφος, ου, ὁ ϗ ἡ, simul nutritus, una educatus; (2) convictor. Ex τρέφω.

Ὁμοτρόφος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui aliquos simul alit.

Ὁμοτροχάω, idem quod ἁματροχάω, *Steph.*

Ὁμοῦ, *adv.* una, simul, pariter; (2) eundem in locum; (3) eodem in loco; (4) prope, ἐγγύς. Ὁρῶ τάλαιναν Εὐρυδίκην ὁμοῦ, *Soph Antig.* 1180. Sic apud *Aristoph. Equit.* 245. *Pac.* 513. (5) cum τι additur, ὁμοῦ τι fere, propemodum, circiter. Συναγαγὼν ὁμοῦ τι τοῖς αὐτοῖς ῥήμασιν, totidem fere verbis, *Plut.* *de capienda ab Inimicis Utilitate*, 86. Παρετάξαντο πάσαις ὁμοῦ τι πολιτικαῖς δυνάμεσι, *Plut.* Ab ὁμός.

Ὁμοϋπόστατος, ου, ὁ ϗ ἡ, eandem hypostasin habens. Ex ὁμοῦ et ὑφίσημι, *subsisto*.

Ὁμουρέω, ῶ, fut. ήσω, idem quod ὁμορέω.

Ὅμουρος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem quod ὅμορος.

Ὁμούσιος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem quod ὁμοούσιος.

Ὁμουσιότης, ητος, ἡ, idem quod ὁμοουσιότης.

Ὁμοφήτωρ, ορος, ὁ, omnibus pariter vaticinans; epith. Apollinis. A φημί.

Ὁμόφθογγος, ου, ὁ ϗ ἡ, consonans, ejusdem soni.

Ὁμόφλοιος, ὁ ϗ ἡ, similem corticem habens.

Ὁμόφοιτος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui simul it, comes. Ex ὁμοῦ et φοιτάω, *eo*.

Ὁμοφραδής, έος, ὁ ϗ ἡ, unanimis, concors.

Ὁμοφράδμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, consilii particeps; (2) unanimis, concors.

Ὁμοφρονέω, ῶ, fut. ήσω, eadem sum mente, consentio.

Ὁμοφροσύνη, ης, ἡ, concordia, consensio, unanimitas. Ab

Ὁμόφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, unanimis, ejusdem mentis, sententiæ, idem sentiens. Ex φρήν.

Ὁμοφυής, έος, ὁ ϗ ἡ, ejusdem naturæ; (2) consanguineus, cognatus. Ex φύη. Hinc

Ὁμοφυΐα, ας, ἡ, naturæ communitas.

Ὁμοφυλία, ας, ἡ, similitudo; cognatio. Ab

Ὁμόφυλος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ejusdem est gentis, generis, vel sexûs; (2) in eadem terra genitus. *Gl. V.* tribulis, gentilis. Ex φῦλον.

Ὁμοφωνέω, ῶ, fut. ήσω, eandem vocem edo; (2) voce et lingua eadem utor.

Ὁμοφωνία, ας, ἡ, vocis convenientia, concentus; (2) ejusdem linguæ usus. Ab

Ὁμόφωνος, ου, ὁ ϗ ἡ, eandem vocem seu eundem sonum edens; (2) eadem lingua utens. Ex φωνή, *vox*.

Ὁμοφώνως, *adv.* eadem voce, vocibus concordibus; (2) una eademque lingua.

Ὁμόφωτος, ου, ὁ ϗ ἡ, eodem lumine lucens. A φῶς.

Ὁμοχοίνιξ, ικος, ὁ ϗ ἡ, eadem chœnice victitans, conservus, commilito.

Ὁμοχροια, ας, ἡ, coloris similitudo, idem vel similis color; (2) summa cutis, superficies. (2) τὰς βραχίονας ἐπιτάμωνται ἐς τὴν ὁμοχροίην, *Herodot.* 1, 74. Οὐδὲ ἅπτεται ταῦτα τῆς ὁμοχροίας, *Æsch. Socrat.* 3, 15. Ab ὁμόχροος.

Ὁμοχρονέω, ῶ, fut. ήσω, eodem tempore sum, æqualis. Ab

Ὁμόχρονος, ου, ὁ ϗ ἡ, æqualis, contemporaneus.

Ὁμόχροος, *contr.* ὁμόχρους, ου, ὁ ϗ ἡ, ejusdem coloris, concolor. Ex χρόα.

Ὁμοχρώματος, ον, idem. A χρῶμα.

Ὁμοχώριος, ου, ὁ, conterraneus, *Gl. V.* Ex ὁμοῦ et χώρα. Unde

Ὁμόχωρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ex eadem regione est, popularis, vicinus.

Ὁμόψηφος, ου, ὁ ϗ ἡ, cujus idem suffragium est, eandem fovens sententiam; (2) qui una suffragium fert; (3) idem jus suffragii ferendi habens.

Ὁμοψυχέω, ῶ, fut. ήσω, eodem sum animo, concors sum, consentio.

Ὁμοψυχία, ας, ἡ, unanimitas, concordia. Ab

Ὁμόψυχος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ejusdem est animi, concors, unanimis. Ex ψυχή.

Ὁμοψύχως, *adv.* unanimiter, uno animo.

Ὁμόω, ῶ, fut. ώσω, in unum redigo. *Pass.* ὁμοῦσθαι, uniri; aor. 1. ὁμωθῆναι, uniri, jungi. Ὁμωθῆναι φιλότητι, *Il.* 16, 209. Ab ὁμός.

Ὀμόω, juro, *Gl. V.* inusit. sed ab hoc sunt usitata ὀμόσω, fut. 1. et ὀμοῦμαι, fut. 2. med. ὤμοσα, aor. 1. act. ὀμώμοκα, perf. cætera ab ὄμνυω, et ὄμνυμαι. Ἕνεκα χρημάτων μηδένα θεὸν ὀμόσῃς, *Isocr.*

Ὄμπη, ὄμπαι, fruges melle imbutæ sacrificandæ, *Hes. Callim. Fragm.* 123: sed forte legendum ὄμπνας.

Ὄμπια, τὰ, omne genus bellaria, *Hesych.* Hinc

Ὀμπνεῖος, εία, ειον, almus, quo alimur, dives, magnus, copiosus, *Hes. Suid.*

Ὀμπνειόχειρ, ρος, ὁ ϗ ἡ, larga manu dans, abundans, almus, *Hesych.* Ex ὄμπνιος et χείρ.

ΟΜΠΝΗ, ης, ἡ, fruges quibus vitam sustentamus, frumentum, cibus, rerum copia. Ab ὄμπη.

Ὀμπνηρὸν, τὸ, almum, ut ὀμπνηρὸν ὕδωρ, *Hes.*

Ὄμπνιος, ία, ιον, almus; ut ὀμπνία Δημήτηρ, alma Ceres; ὄμπνιον ὕδωρ, *Suid.*

Ὀμφάκη, ης, ἡ, acerbæ uvæ succus, *ap. Diosc.* Ab ὄμφαξ.

Ὀμφακίας, ου, ὁ, ex uvis immaturis expressus; (2) immitis, crudus, acerbus. Ab eod.

Ὀμφακίζω, uvam acerbam produco; acerbus sum; ὀμφακίζομαι, uvas acerbas et adhuc immaturas lego. Ab eod.

Ὀμφάκινος, ίνη, ινον, omphacinus, uvas immaturas referens, seu ex iis confectus; ὀμφάκινον, vestimenti muliebris genus, *Poll.* *Ph* ὀμφάκινον, viride oleum. Ab eod.

Ὀμφάκιον, ου, τὸ, omphacium, succus uvæ acerbæ nec dum maturæ. Ab eod.

Ὀμφακὶς, ίδος, ἡ, cavum in quo glans querna sedet. Ab eod. Unde

Ὀμφακίτης, ου, ὁ, ut, ὀμφακίτης οἶνος, vinum omphacites; (2) cognomen Bacchi.

Ὀμφακόμελι, ιτος, τὸ, medicamentum ex uvis immaturis et melle.

Ὀμφακοῤῥὰξ, άγος, ὁ ϗ ἡ, acerbos et immaturos acinos habens. Ex ὄμφαξ et ῥάξ.

Ὀμφακώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, acerbus in modum uvarum immaturarum. Ab ὄμφαξ.

Ὀμφαλητομία, ας, ἡ, umbilici præcisio. Ab

Ὀμφαλητόμος, ου, ὁ ϗ ἡ, umbilicos infantibus recens natus præcidens. Ex τέμνω.

Ὀμφαλίον, ου, τὸ, umbilicus. Ab ὀμφαλός.

Ὀμφάλιος, ου, ὁ ϗ ἡ, umbilicalis, ad umbilicum pertinens; (2) ex umbilico factus; (3) rotundus. Ab eod.

Ὀμφαλιστὴρ, ῆρος, ὁ, scalper, quo umbilicus infanti recens nato præciditur. Ab eod.

Ὀμφαλόεις, όεσσα, όεν, umbilicatus, umbilicum habens. Ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι, *Il.* 4, 448. Ab eod.

Ὀμφαλόκαρπος, ου, ὁ ϗ ἡ, fructum umbilici figura ferens.

ΟΜΦΑΛΟ'Σ, οῦ, ὁ, umbilicus, umbo.

Ὀμφαλοτομία, ας, ἡ, idem quod ὀμφαλητομία. Καὶ τῆς μαίας ἡ ὀμφαλοτομία μέρος ἐστὶν οὐκ ἀστόχου διανοίας, *Aristot.*

Ὀμφαλοτόμος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem quod ὀμφαλητόμος.

Ὀμφαλώδης, ες, idem quod ὀμφάλιος.

Ὀμφαλωτὸς, ἡ, ὸν, umbilicatus, umbilicum habens, eum referens.

ΟΜΦΑΞ, ακος, ἡ, alicubi et ὁ, uva acerba; uva immatura, *Ph.* (2) quivis plantæ fructus acerbus et immaturus.

ΟΜΦΗ', ῆς, ἡ, vox divina, oraculum, omen, augurium, somnium; (2) vox, pro ὀπή, ab ἔπω, *dico*. Hinc

Ὀμφήεις, ήεσσα, ῆεν, fatidicus; (2) vocalis.

Ὀμφητὴρ, ῆρος, ὁ, vates, fatidicus. Ab eod.

Ὁμωθῆναι, aor. 1. inf. pass. v. ὁμόω, *adsimilo*.

Ὁμῶλαξ, ακος, ὁ ϗ ἡ, qu. dic. agrum conterminum habens, vicinus, finitimus. Ex ὁμοῦ et ὦλαξ, pro αὖλαξ, *sulcus*.

Ὀμώμοκε, *juravit*, 3. sing. perf. ind. act. *Att.* pro ὤμοκε, ab ὀμόω, pro ὄμνυμι.

Ὁμωνυμέω, ῶ, cognominis sum, idem nomen habeo.

Ὁμωνυμία, ας, ἡ, nominis communitas; (2) æquivocatio, ambiguitas. Ab

Ὁμώνυμος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem nomen habens, cognominis. *Gl. V.* ὁμώνυμοι λέξεις, ambigua vocabula; ὁμώνυμον, æquivocum, *Gl. V.* Ex ὄνυμα.

Ὁμωνύμως, *adv.* communi, eodem nomine; (2) æquivoce, ambigue.

Ὁμωρόφιος, ου, ὁ ϗ ἡ, sub eodem tecto habitans, contubernalis. Ex ὁμοῦ et ὄροφος.

Ὁμώροφος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem et ex iisd.

Ὁμῶς, *adv.* similiter, æque, pariter; (2) simul, una. Ab ὁμός.

Ὅμως, *conjunct.* tamen. Ab eod.

Ὁμωχέτης, ου, ὁ, ὁμωχέται θεοὶ, dii in eodem templo coli soliti. Ὥστε ὑπέρ τε τοῦ θεοῦ καὶ ἑαυτῶν Βοιωτοὺς ἐπικαλουμένους τοὺς ὁμωχέτας δαίμονας

δαίμονας καὶ τὸν Ἀπόλλω, προαγορεύειν, *Thucyd.* 4, 97. Ex ἔχω

Ὄν, ὄντος, τὸ, *Gl. V.* τὸ ὄν, ens; part. neutr. ab εἰμί.

Ὀνάγρα, ας, ἡ, onagra, herba quædam; potius οἰνάγρα

Ὀνάγρινον χρῶμα, color qualis est onagrorum, *i. e.* color cilicinus, *Pull.*

Ὀναγρόβοτα, τὰ, onagrorum pascua, locus pascendis onagris sive asinis silvestribus aptus. Ex ὄναγρος et βόσκω, *pasco.*

Ὄναγρος, ου, ὁ ꝁ ἡ, asinus ferus, onager; (2) machina quædam, harpago.

Ὀναίμην, aor. 1 opt. med. *per Sync.* pro ὀνησαίμην, ab ὄνημι. Μὴ νῦν ὀναίμην, utinam nunquam felix sim, ne vita jam fruar, *Soph. Œd. Tyr.* 644.

Ὄναιο, *bene sit tibi*, 2. sing. aor. 1. optat. med. verbi ὄνημι. *Soph. Œd. Col.* 1042.

Ὄναμαι vide ὄνημι.

Ὀνάμενος, aor. 1. part. med. *per Syncop.* pro ὀνησάμενος, verbi præc.

ὌΝΑΡ, τὸ, somnium; visio; (2) umbra et somnium vanum; κατ' ὄναρ, et per ellipsin ὄναρ, per somnum, in somnis, per quietem.

Ὀνάριον, ου, τὸ, asellus. Dim. ab ὄνος.

Ὀνάσει, 3. sing. f. 1. ind. act. *Dor.* pro ὀνήσει.

Ὄνασθαι, *frui*, præs. inf. med. ab ὄναμαι vel *juvisse*, a. 1. inf. act. *per Sync.* pro ὀνήσασθαι, ab ὄνημι.

Ὄνασιν, *usum*, acc sing. *Dor.* pro ὄνησιν.

Ὀνάσῃς, 2. sing. aor. 2. conj. act. *Dor.* et *Poet.* pro ὀνήσῃς, ab ὄνημι, *juvo.*

Ὀνεία, ας, ἡ, pellis asinina. Ab ὄνος.

Ὄνειαρ, ατος, τὸ, utilitas, emolumentum; ὀνείατα, cibi. Ab ὄνημι vel ὄναρ.

Ὀνειδείη, vel ὀνειδίη, ης, ἡ, idem quod ὄνειδος. Hinc

Ὀνειδίζω, fut. ίσω, probris incesso, vitupero, reprehendo; (2) exprobro, probrose objicio, accuso. Τοιοῦτος ὤν, τοιᾷδ' ὀνειδίζεις σποράν; *Soph. Aj.* 1315. Οὐκ ὀνειδίζω τύχας, *Eur. Or.* 4. Ὀνειδίζεις φίλοις, *Id. Al.* 697.

Ὀνείδειος, vel ὀνείδιος, ία, ιον, probrosus, contumeliosus; (2) exprobationem habens.

Ὀνειδίσαντα, acc. sing. a. 1. part. act. v. ὀνειδίζω.

Ὀνειδίσει, 3. sing. f. 1. ind.

Ὀνείδισις, εως, ἡ, improperium, *Gl. V.*

Ὀνείδισμα, ατος, τὸ, probrum, crimen quod alicui probrose objicitur. Ab ὀνειδίζω.

Ὀνειδισμὸς, οῦ, ὁ, exprobratio, objectio probrorum; (2) convicium; (3) turpitudo. Ab eod.

Ὀνειδιστὴρ, ῆρος, ὁ, *adjective*, probrosus, probro adficiens. Ab eod.

Ὀνειδιστὴς, οῦ, ὁ, idem et ab eod. Hinc

Ὀνειδιστικὸς, ἡ, ὸν, exprobrationem habens.

Ὀνειδιστικῶς, *adv.* probrose, contumeliose.

Ὀνείδιτος, ον, probrosus, *Steph.*

Ὀνειδίσωσιν, 3. pl. aor. 1. conj. act. cum ν, ab ὀνειδίζω.

Ὀνειδιῶ, f. 1. ind. act. *Att.* pro ὀνειδίσω, ab eod.

Ὀνειδιῶν, part. fut. verbi ὀνειδίζω. Οὐδ' ὡς ὀνειδιῶν τι τῶν πάρος κακῶν, nec ut quidquam tibi exprobrem priorum tuorum calamitatum, *Soph. Œd. Tyr.* 1423.

ὌΝΕΙΔΟΣ, εος, τὸ, probrum, dedecus, exprobratio; (2) gloria, laus, decus. (2) καλόν γ' ὄνειδος τῷ νεωστὶ νυμφίῳ, *Eurip. Med.* 514.

Ὀνεῖον, ου, τὸ, stabulum asinorum. Ab ὄνος.

Ὄνειος, εία, ειον, utilis. Ab ὄνημι.

Ὄνειος, ον, asininus; ut ὄνειον κρέας, asinina caro, *Gl. V.* Ab ὄνος.

Ὀνείρατα, τὰ, somnia. Ὀνείρατα τ' Ἀγαμέμνονος, somnia ab Agamemnone missa: pessime interpretes somnia Agamemnonis, vel somnia de Agamemnone, *Eurip. Or.* 617.

Ὀνειρήεις, εσσα, εν, in somniis, somnialis, *Orph.*

Ὀνείριος, εία, ειον, ad somnia pertinens. Ab ὄνειρος.

Ὀνειρογενὴς, in somnis natus, in somnis oblatus. Ὀνειρώττει τῷ ὄντι ἡ ὀνειρογενὴς αὕτη μου θυγάτηρ, *Herodot.* 9.

Ὀνειρογόνος, ου, ὁ, profluvium genituræ in somniis, *V. Lex. ex Plin.* Ex γονή. (Sed videtur hæc vitiosa lectio esse pro ὀνειρωγμὸς, *Ern.*)

Ὀνειροκρίτης, ου, ὁ, somniorum interpres. Hinc

Ὀνειροκριτικὸς, ἡ, ὸν, ad somniorum interpretationem pertinens; (2) qui somnia novit interpretari; ἡ ὀνειροκριτικὴ, ῆς, sc. τέχνη, ars interpretandi somnia.

Ὀνειρολεσχία, ας, ἡ, contumelia, contumeliosa oratio, quasi somnii garrulitas. Ex λέσχη.

Ὀνειρολογία, ας, ἡ, somniorum enarratio, sermo de somniis. Ex ὄνειρος et λόγος.

Ὀνειρόμαντις, εως, ὁ ꝁ ἡ, qui e somniis futura prædicit, seu vaticinatur; conjector.

Ὄνειρον, ου, τὸ, somnium. Ab ὄναρ.

Ὀνειρόπληκτος, ου, ὁ ꝁ ἡ, somnio territus. Ex πλήσσω, (vel potius ὀνειρόπτηκτος a πτήσσω, *Ern.*)

Ὀνειροπολέω, ῶ, f. ήσω, somniorum interpretem ago; (2) somnio, somnium cerno. Ὀνειροπολεῖ ἵππους, *Aristoph. Nub.* 16. Ὀνειροπολεῖς περὶ σεαυτοῦ, *Id. Eq.* 806. Πολλὰ τοιαῦτα ὀνειροπολεῖν ἐν τῇ γνώμῃ, *Dem.* Ab

Ὀνειροπόλος, ου, ὁ ꝁ ἡ, ex somniis futura prædicens, somniorum conjector. Ex πολέω.

Ὀνειροπομπὸς, οῦ, ὁ, idem; (2) somnia immittens, menti objiciens. A πέμπω.

Ὄνειρος, ου, ὁ, somnium, visum, *Gl. V.* (2) Deus quietis. Ab ὄναρ.

Ὀνειροσκόπος, ου, ὁ ꝁ ἡ, qui somnia considerat et interpretatur.

Ὀνειρόφαντος, ου, ὁ ꝁ ἡ, in somnio visus; (2) qui somnia interpretatur. Ex φαίνομαι.

Ὀνειρόφρων, ονος, ὁ ꝁ ἡ, somniorum peritus, somniorum interpres. Οἶσθ', ὀνειρόφρον, φράσαι; *Eurip. Hec.* 708. Ex ὄνειρος et φρήν.

Ὀνείρω, *somnii*, gen. sing. *Dor.* pro ὀνείρου.

Ὀνειρωγμὸς, οῦ, ὁ, somnium, imprimis de re venerea; ipsa effusio seminis, *Aristot.*

Ὀνειρώδης, ες, in somnis visus; somniis crebris obnoxius. Ab ὄνειρος.

Ὀνείρωξις, εως, ἡ, somnium, *Suid.* Ab

Ὀνειρώττω, f. ξω, somnio; (2) somnium lascivum somnio; (3) semen in somno emitto. Ab ὄνειρος.

Ὄνευος, ου, ὁ, sucula, machina tractorii generis. Ab ὄνος. Hinc

Ὀνεύω, et ὀνεύομαι, suculam verso. Ἔκ τε τῶν ἀκατίων ὤνευον ἀναδούμενοι τοὺς σταυροὺς, vallos ex naviculis religatos suculis circumagebant, *Thucyd.* 7, 25.

Ὀνέω, juvo, *Gl. V.* Hinc ὀνήσω, f. 1. in præs. usitatius ὄνημι

Ὀνηγήσιος, ὁ, idem quod ὀνηλάτης, *Steph.*

Ὀνηθῆναι, a. 1. inf. pass. verbi ὄνημι, *juvo.*

Ὀνήϊος, utilis, *Ion.* pro ὄνειος, ab ὄνημι.

Ὀνήϊστος, utilis. Ab eod.

Ὀνηλατέω, ῶ, f. ήσω, asinum agito. Ab

Ὀνηλάτης, ου, ὁ, agitator asini, *Gl. Vet.* agaso, mulio. *Ph.* asinarius. Ex ὄνος et ἐλαύνω.

Ὀνήμενον, acc. sing. part. præs. pass. verbi

ὈΝΗΜΙ, et ὀνίνημι, f. ὀνήσω, ab ὀνέω, juvo, prosum, utilitatem adfero; ὄνημαι, ὄναμαι et ὀνίναμαι, utilitatem et fructum percipio, fruor; fut. ὀνήσομαι. Εὐσπλὴν ἀσκεῖν, ἥτις μάλα πάντας ὀνήσει, *Phocyl.* 116. Οὔτε λέκτρων νεογάμων ὀνήσομαι, *Eur. Med.* 1351.

Ὄνημι, vitupero; ὄναμαι, vitupero; a. 1. ὤνατο. Ὅτι μ' ὤνατο, *Il.* 17, 25.

Ὄνησε, 3. sing. a. 1. ind. act. *Ion.* pro ὤνησε.

Ὀνήσεαι, 2 sing. f. 1. ind. med. *Ion.* pro ὀνήσεσαι.

Ὀνήσει, 3. sing. f. 1. ind. act. verbi ὄνημι.

Ὀνήσιμος, ου, ὁ ꝁ ἡ, utilis, fructuosus.

Ὀνησίμως, *adv.* utiliter.

Ὄνησις, εως, ἡ, juvamen, emolumentum.

Ὀνησιφόρος, ου, ὁ ꝁ ἡ, utilitatem adferens. Ex ὄνησις et φέρω.

Ὀνησιφόρως, *adv.* cum fructu, utiliter.

Ὄνησο, 2. sing. præs. imperat. pass. verbi ὄνημι.

Ὀνητικὸς, utilis, qui prodesse potest. Ab

Ὀνητὸς, ἡ, ὸν, utilis. (2) vituperabilis, *Hes.* Ab ὄνημι. Unde

Ὀνήτωρ, ορος, ὁ, utilis, commodus.

Ὀνθηλεύω, fut. εύσω, et ὀνθυλεύω, *proprie* fimo agrum adspergo; deinde cibos exquisite condio, quia ut fimo agri fœcundiores, sic cibi condimentis delicatiores fiunt, *Ern.* Μετὰ ταῦτα γαστρίον τις ὠνθυλευμένον εἰσηνέγκατο, *Athen. apud Stephanum.* Ab

ὌΝΘΟΣ, ου, fimus seu stercus jumentorum, *Il.* 23, 775.

Ὀνθύλευσις, εως, ἡ, exquisitior ciborum apparatus. Ab ὀνθυλεύω

Ὀνίας, ου, ὁ, scari piscis genus. Ab ὄνος.

Ὀνιδία, ας, ἡ, stercus equinus. Ab eod.

Ὀνίδιον, ου, τὸ, asellus. Ab eod.

Ὀνικὸς, ἡ, ὸν, asininus, asinarius; (2) molaris, qui pertinet ad superiorem molæ lapidem. (2) σύμφερει αὐτῷ, ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, *Div. Math.* 18, 6. Ab eod.

Ὀνίνημι, idem quod ὄνημι.

Ὀνίνησιν, 3. sing. præs. ind. act. cum ν ἐφελκ. ab ὀνίνημι, *juvo.* Ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι, *Il.* 24, 45.

Ὄνιον, utile, *Suid.*

Ὀνὶς, ἴδος, ἡ, stercus asininum. Ab ὄνος.

Ὀνίσκη, asella, *Gl. V.* Ab eod.

Ὀνίσκος, ου, ὁ, asellus; (2) piscis quidam, asellus; (3) insectum multipes, cutio, porcellio; (4) sucula. Dim. ab eod.

Ὀνίσκω, juvo, prosum. *Gl. V.* ὀνίσκεται, fruitur. Ab ὀνέω.

Ὀνῖτις, ιδος, ἡ, qu. dic. asinaria, species origani. Ὀνίτιδος αὖον ὀρείης, origani montani sicca folia, *Nic. Alexiph.* 56. Ab ὄνος.

Ὀνοβατέω, ῶ, asinum admitto, sive facio, ut asinus equam ineat; (2) de asinis equas ineuntibus. Ex βαίνω. Unde

Ὀνοβάτις, ιδος, ἡ, quæ asino vehitur; (2) dicitur et de muliere in adulterio deprehensa, quæ asinum conscendere cogebatur, *Plutarch. Quæst. Gr.* 291.

Ὀνόβρυχος, ἡ, quædam planta, *Gorr.*

Ὀνόβλιτον, species bliti.

Ὀνόγυρις, seu ὀνόγυρος, herba quæ alias ἀνάγυρος, *Nic.*

Ὀνόγυρος, ου, ὁ, et ὀνώγυρις, *Nic. Th.* 71, carduus asininus vulgaris, planta adversus venena salutaris, tritaque graviter olens. *Al.* ἀνάγυρος dicitur.

Ὀνοειδὴς, ἐς, asino similis. Ab εἶδος.

Ὀνοθήρας, ου, ὁ, herba, quæ potius οἰνοθήρας.

Ὄνοιτο, 3. sing. præs. opt. med. verbi ὄνομαι.

Ὀνοκένταυρος, ου, ὁ, onocentaurus, *animal*; (2) species dæmonum.

Ὀνοκηκὶς, ίδος, ἡ, qu. dic. galla asinina.

Ὀνοκίνδιος, ου, ὁ, agaso, mulio, Doriensibus; quasi ex ὄνος et κινέω, *moveo.*

Ὀνόκλεια, ἡ, anchusæ species, *Plin.* al. ὀνόχειλος, *Gal.*

Ὀνοκόπος, οῦ, ὁ ꝁ ἡ, qui asinariam molam impellit et agitat, molitor. Ex κόπτω.

Ὀνοκρόταλος, ου, ὁ, onocrotalus, avis olori similis. Ex κρόταλον.

Ὀνόκωλις, ἡ, idem quod ὀνοσκελὶς, empusæ epith. *E. M.*

Ὀνόκωλος, ου, ὁ ꝁ ἡ, pedes asininos habens. Ex ὄνος et κῶλον, *pes.*

ὌΝΟΜΑ, ατος, τὸ, nomen, vocabulum; (2) nomen, fama, celebritas; (3) prætextus; obtentus honestus; (4) auctor, sub cujus sc. nomine aliquid narratur, ponitur, ex cujus persona aliquid dicitur; (5) dicitur et pro homine ipso, sed cum relatione ad nomen; ut nomen Romanum pro Romanis: absolute et cum numero, in Sac. Lib. *per Hebraismum. Ern.*

Ὀνόμαζε, *nominabat*, 3. sing. imperf. ind. act. *Ion.* pro ὠνόμαζε.

Ὀνομαζέσθω, 3. sing. præs. imperat. pass.

Ὀνομάζω, fut. άσω, nomino, appello, designo, nuncupo, *Gl. V.* (2) celebro, decanto; ὀνομάζομαι, nominor, appellor; aor. 1. part. ὀνομασθεὶς, nominatus; perf. ὠνομασμένος. Τίς ὀνομάζεται πόθ' οὗτος; *Aristoph. Av.* 295. Ὄνομα δὲ ὠνομάζετο Ἕλενος, *Soph. Phil.* 606. Ab ὄνομα.

Ὀνοματεύω, ῶ, nomina vel nomen impono, nomen indo. Ab

Ὀνοματέτης, ου, ὁ, qui nomen imponit. Ex ὄνομα et τίθημι.

Ὄνομαι, reprehendo, carpo, vitupero; ὄνονται carpunt,

carpunt, f. 1. ὀνόσομαι, *Poet.* ὀνόσσομαι, ὀνόσσεται, carpet; a. 1. ὠνοσάμην, reprehendi; opt. ὀνοσαίμην, ὀνόσαιτο, reprehendat, *Il.* 14, 95.

Ὀνομαίνω, nomino, nuncupo, appello, nomine voco; (2) nominatim recenseo, vel percenseo. a. 1. ὠνόμηνα, *Ion.* et *Poet.* pro ὀνόμηνα· ὀνόμηνεν, appellavit, vocavit. Ὀνόμηνε δὲ τήνδε γυναῖκα Πανδώρην, *Hesiod. Op.* 80. Ab ὄνομα.

Ὀνομακλήδην, *adv.* nominatim.

Ὀνομακλήτωρ, ορος, ὁ, nomenclator, qui nominatim alios vocat, vocator.

Ὀνομάκλυτος, ου, vel ὀνομακλυτὸς, οῦ, ὁ ᾗ ἡ, cujus nomen est inclytum, celebris.

Ὀνόμαξε, 3. sing. aor. 1. ind. act. *Ion.* et *Dor.* pro ὠνόμασε, a verbo ὀνομάζω.

Ὀνόμασθεν, 3. pl. a. 1. ind. pass. *Ion. Æol.* et *Bœot.* pro ὠνομάσθησαν, verbi ejusd.

Ὀνομασία, ας, ἡ, nomen. *Ph.* nominatio, nuncupatio. Ab ὀνομάζω.

Ὀνόμασιν, dat. pl. cum ν, ab ὄνομα.

Ὀνόμασμα, ατος, τὸ, idem quod ὀνομασία.

Ὀνομαστήρια, ων, τὰ, festum quod celebratur ob impositionem nominis.

Ὀνομαστὴς, οῦ, ὁ, nominator. *Ph.* autumator.

Ὀνομαστὶ, *adv.* nominatim, nomine.

Ὀνομαστικὸς, ἡ, ὸν, qu. dic. nominativus, nominatorius. Hinc τὸ ὀνομαστικὸν, οῦ, sc βιβλίον, dictionarium, onomasticum, ὀνομαστικὴ, (sc. πτῶσις) nominativus, *Gl. V.*

Ὀνομαστικῶς, *adv.* nominatim.

Ὀνομαστὸς, ἡ, ὸν, qu. dic. nominabilis, qui nominari potest, celebris, nobilis, clarus. *Gl. Vet.* nominatus. Ab ὀνομάζω.

Ὀνομαστῶς, *adv.* clare, nobiliter.

Ὀνοματικῶς, *adv.* idem quod ὀνομαστικῶς.

Ὀνοματογραφέω, ῶ, nomina scribo seu inscribo, in acta refero.

Ὀνοματογραφία, ας, ἡ, nominum inscriptio; (2) nomenclatura. Ab

Ὀνοματογράφος, ου, ὁ ᾗ ἡ, nominum scriptor, seu inscriptor. Ex ὄνομα et γράφω.

Ὀνοματοθεσία, ας, ἡ, nominum impositio; nuncupatio, *Gl. V.* Ex ὄνομα et θέσις.

Ὀνοματοθέσια, ων, τὰ, nominalia, *Ph.* Ex iisdem.

Ὀνοματοθετέω, ῶ, nomen impono, fingo. Ab

Ὀνοματοθέτης, ου, ὁ, nominis impositor. Ex ὄνομα et τίθημι.

Ὀνοματοθήρας, ου, ὁ, qu. dic. nominum aucups, vocabulorum captator, *Athen.* Auceps syllabarum, *Cic.* Ex eod. et θήρα, *venatio.*

Ὀνοματοκλήτωρ, ορος, ὁ, nomenclator, *Gl. V.* Ex καλέω.

Ὀνοματολόγος, ου, ὁ ᾗ ἡ, qui nomen seu nomina dicit; nomenclator, *Gl. V.*

Ὀνοματομάχος, ου, ὁ, qui de verbis pugnat. Ex μάχομαι.

Ὀνοματοποιέω, ῶ, fut. ήσω, nomen seu nomina fingo, vocabula novo, vocabula fingo a sono; p. part. pass. ὠνοματοπεποιημένον, fictum a sono.

Ὀνοματοποίησις, εως, ἡ, idem quod

Ὀνοματοποιΐα, ας, ἡ, nominis seu vocabuli fictio; nominis fictio a sono. Ab

Ὀνοματοποιὸς, οῦ, ὁ, nominis seu nominum, i. e. verborum, fictor. Ex ποιέω.

Ὀνοματουργὸς, οῦ, ὁ, idem. Ex ἔργον.

Ὀνόμηνα, aor. 1. ind. act. *Att.* pro ὠνόμανα, ab ὀνομαίνω, *nomino.*

Ὀνόπορδον, ου, τὸ, crepitus asini, *herba,* quia asini eam comedentes crepitus reddere dicuntur. Ex ὄνος et πορδή.

Ὀνόπυξος, ἡ, buxus asinina, *Poll.*

Ὀνόρυγχος, bunilla, *Ph.*

ὌΝΟΣ, ου, ὁ vel ἡ, asinus, asina; (2) piscis quidam; (3) locustæ genus; (4) insectum, multipeda, cutio, porcellio; (5) axis; (6) fusus; (7) superior molæ lapis; (8) vasis *impr.* vinarii genus; (9) unio, quæ et μονὰς et κύβος· (10) origani species; (11) machina quædam. Ὄνος ἰσόσπριος, bestiola quædam multipes, *Soph. in* κωφοῖς, eadem quæ ἴουλος, No. 5.

Ὄνοσις, εως, ἡ, reprehensio. Ab ὄνομαι.

Ὀνοσκελὶς, ίδος, ἡ, crura asinina habens. Ex ὄνος et σκέλος. Unde

Ὀνόσκελος, ου, ὁ ᾗ ἡ, idem.

ὌΝΟΣΜΑ, ατος, τὸ, onosma, herba.

Ὀνόσσεται, *vituperabit,* 3. sing. f. 1. ind. med. *Poet.* verbi ὀνόω.

Ὀνοστάσιον, ου, τὸ, stabulum, *Ph.* Ex ὄνος et στάσις.

Ὀνοστὸς, ἡ, ὸν, vituperandus, reprehensione dignus, ineptus. Ab ὄνομαι.

Ὀνοσφαγία, ας, ἡ, victima ex asino. Ex ὄνος et σφαγή.

Ὀνοτάζω, vitupero, carpo, incuso. Ὀνοτάζομαι, abominor, *Æsch. Suppl.* 11. Ab ὄνομαι.

Ὀνοτὸς, ἡ, ὸν, vituperabilis. Ab eod.

Ὄνουρις, ιδος, ἡ, onuris, herbæ nomen. Ex ὄνος et οὐρὰ, *cauda.*

Ὀνοφορβὸς, οῦ, ὁ, qui asinos pascit, asinarius. Ex ὄνος et φέρβω, *pasco.*

Ὀνοχειλὶς, vel ὀνοχειλὲς, et ὀνοχειλὸς, anchusæ altera species. Ex ὄνος et χεῖλος.

Ὀνόχηλος, ου, ὁ, ungulam asini habens; ὀνόχηλον, anchusæ species. *Nic. Sch.* quæ aliis ὀνόχειλος. Ex ὄνος et χηλή.

Ὀνόω, vitupero, reprehendo, carpo; usitatius ὄνομαι Μηδεὶς τὰ θεῶν ὀνόσαιτο, *Theoc.* 26, ult. Ab ὄνομαι.

Ὄντα, acc. sing. part. præs. verbi εἰμί.

Ὄντα, τὰ, bona, facultates. Ab eod.

Ὄντι, ei, *qui est,* dat. sing. part. ejusd.

Ὅντινα, *quemque,* acc. sing ab ὅστις.

Ὄντως, *adv.* vere, sane, plane, certo, profecto, *Ph.* Ab ὢν, ὄντος, part. ab εἰμί.

Ὄνυμα, nomen *Æol.* et *Dor.* pro ὄνομα.

Ὀνυμάζω, et ὀνυμαίνω, appello. A præc.

ὌΝΥΞ, υχος, ὁ, unguis, ungula; (2) uncus; (3) genus torturæ; fidiculæ, *Gl. V.* (4) pars cordis; (5) pars folii rosæ superior; (6) gemma quædam, onyx; (7) marmoris species; (8) operculum conchylii; (9) ostreum; (10) frutex quidam. Hinc

Ὀνυχίζω, fut. ίσω, *Att.* ιῶ, ungulam divido; (2) ungues præcido, vel reseco; (3) ungue noto; (4) ad unguem exigo, exacte perpendo:

Ὀνύχινος, ίνη, ινον, onychinus, ex onychis adipe, vel ex onyche gemma vel marmore confectus, vel etiam onychis conchylii colorem referens. Ab eod. Unde

Ὀνύχιον, ου, τὸ, unguiculus. *Gl. V.* ungula, unguella, unguicula; (2) lapis onychites.

Ὀνυχισμὸς, οῦ, ὁ, unguium resectio; (2) diligens et acerba rei examinatio. Ab ὀνυχίζω.

Ὀνυχιστὴρ, ῆρος, ὁ, unguis, ungula:

Ὀνυχιστήριον, ου, τὸ, culter ad recidendos ungues. *Gl. V.* unguicularium. Ab eod.

Ὀνυχίτης, ου, ὁ, ut ὀνυχίτης λίθος, onychites, lapis. Ab ὄνυξ.

Ὀνυχῖτις, ιδος, ἡ, ut ὀνυχῖτις καδμεία, onychitis cadmia, dicta a similitudine venarum onychis lapidis. A præc.

Ὀνυχογραφέω, ῶ, fut. ήσω, unguibus scalpo vel rado. Ex ὄνυξ et γράφω.

Ὀνυχοειδὴς, έος, ὁ ᾗ ἡ, unguium speciem habens. Ex ὄνυξ et εἶδος.

Ὀνώδης, εος, ὁ ᾗ ἡ, asininus, qui asinini generis est. Ab ὄνος.

Ὄνω, f. ὀνῶ, prosum, *Sch. Soph.* (2) vitupero, *E. M.*

ὈΝΩΝΙ᾽Σ, ίδος, ἡ, ononis, *planta.*

Ὀξαλὶς, ίδος, ἡ, acida fæx vel vappa; (2) lapathi species, vulgo acetosa. *Angl.* SORREL. Ab ὄξος.

Ὀξάλμη, ης, ἡ, jus ex aceto et muria. Ex ὄξος et ἅλμη, *salsugo.*

Ὀξέα, *adv.* acute. Ab ὀξύ.

Ὀξέα, δένδρον, *arbor*; ornus, *Gl. V.*

Ὀξεῖα, ας, ἡ, acuta; (2) hasta, *Suid.* Ab ὀξύς.

Ὀξείδιον, ου, τὸ, Dim. idem quod ὄξος.

Ὀξέλαιον, ου, τὸ, condimentum ex aceto et oleo. Ex ὀξὺς et ἔλαιον.

Ὀξέως, *adv.* acute; (2) celeriter, velociter, repente, raptim; (3) graviter, vehementer. Ab ὀξύς.

Ὀξηρὸς, ρὰ, ρὸν, acetum resipiens.

Ὀξίζω, f. ίσω, acidus sum, acorem refero. *Ph.* acesco. Ab ὄξος.

Ὀξίνα, ης, ἡ, occa, crates dentata ferreis stilis, *Hes.* Ab eod.

Ὀξίνης, ου, ὁ, ut ὀξίνης οἶνος, vinum quod coacuit aliquatenus. Ab ὄξος. Unde

Ὀξὶς, ίδος, ἡ, acetabulum, vas in quo acetum adservatur, vel in mensa apponitur, vel quo idem metiuntur, qui vendunt.

Ὀξοπώλης, ου, ὁ, aceti venditor.

Ὄξος, εος, τὸ, acetum, vinum quod acuit, vinum vile, lora, *item* vinum medicatum, ut myrrhatum et inde amarum. Ab ὀξύς.

Ὀξύα, ας, ἡ, arbor abieti non absimilis; hasta, *Eur.* Ab eod.

Ὀξυᾴδω, acuta voce cano.

Ὀξυάκανθα, ης, ἡ, oxyacantha, frutex in arboris magnitudinem quandoque excrescens.

Ὀξυάκανθος, ου, ὁ, idem.

Ὀξυβάφιον, ου, τὸ, acetabulum, *Ph.* Ex ὄξος et βαφή.

Ὀξύβαφον, ου, τὸ, idem, *Gl. V.* Ex iisd.

Ὀξύβαφος, ου, ὁ, idem et ex iisd.

Ὀξυβελὴς, έος, ὁ ᾗ ἡ, acutum habens cuspidem; (2) qui celeriter jaculum emittit. Ex ὀξὺς et βέλος.

Ὀξυβλέπτης, ου, ὁ, perspicax, *Ph.* dispiciens, acute cernens. Ex ὀξὺς et βλέπω. Unde

Ὀξυβλεψία, ας, ἡ, acutus visus.

Ὀξυβόας, vel ὀξυβόης, ου, ὁ, acutum clamans. Ex βοάω.

Ὀξυβολέω, ῶ, celeriter jaculor. Ex βάλλω.

Ὀξύγαλα, ακτος, τὸ, lac acidum, lac quod acuit. Hinc

Ὀξυγαλάκτινος, ίνη, ινον, ex acido lacte confectus.

Ὀξύγαρον, ου, τὸ, garum aceto conditum, *Gl. V.*

Ὀξύγγιον, unguina, arvina, axungia, *Gl. V.*

Ὀξυγένειος, ου, ὁ ᾗ ἡ, acutum mentum s. acutam barbam habens. Ex γένειον.

Ὀξύγενυς, υος, ἡ, quod infra labra in maxilla inferiore eminet, *Poll.*

Ὀξύγη, ης, ἡ, bufo, *Gl. V.*

Ὀξυγλυκὲς, έος, τὸ, aqua mulsa acida. Ex ὀξὺς et γλυκύς.

Ὀξύγλυκον, dulcacidum, *Ph.* Ex iisd.

Ὀξύγλυκυς, εῖα, υ, dulciter acris. Hinc ὀξύγλυκυ, cremor favorum decoctus, mulsa acida; dulcacidum, *Gl. V.* Ex iisd.

Ὀξύγοος, ον, lamentabilis, flebilis.

Ὀξυγράφος, ου, ὁ ᾗ ἡ, celeriter scribens. Ex ὀξὺς et γράφω.

Ὀξυγώνιος, ου, ὁ ᾗ ἡ, angulum acutum habens. Ex γωνία.

Ὀξυδέρκεια, ας, ἡ, acumen visus:

Ὀξυδερκέω, ῶ, fut. ήσω, acutum cerno. Ab

Ὀξυδερκὴς, έος, ὁ ᾗ ἡ, acutum cernens, perspicax. Ex ὀξὺς et δέρκω. Hinc

Ὀξυδερκικὸς, ἡ, ὸν, visum acuens.

Ὀξυδέρκια, ἡ, acumen visus, *Luc.*

Ὀξυδερκῶς, *adv.* acute, visu acuto.

Ὀξυδορκέω, ῶ, fut. ήσω, acutum cerno, *Gl. V.* Ex ὀξὺς et δέρκω, δέδορκα.

Ὀξυδορκὴς, έος, ὁ ᾗ ἡ, idem quod ὀξυδερκής.

Ὀξυδορκία, ας, ἡ, acies oculorum, acies, *Ph.*

Ὀξυδορκικὸς, ἡ, ὸν, idem quod ὀξυδερκικός.

Ὀξυδρομέω, ῶ, velociter curro. Ab

Ὀξύδρομος, ου, ὁ ᾗ ἡ, velociter currens.

Ὀξυέθειρος, ου, ὁ ᾗ ἡ, acutos capillos habens. Ex ἔθειρα.

Ὀξύζω, acesco, aceo, *Gl. V.* Ab ὀξύς.

Ὀξύη, ης, arbor abieti similis; (2) hasta. (2) χειρὶ δ᾽ ἔνθες ὀξύην, hastam insere manui, *Eur. Heracl.* 727.

Ὀξυηκοΐα, ας, ἡ, acumen audiendi, acute audiendi facultas.

Ὀξυήκοος, ου, ὁ ᾗ ἡ, acute audiens, qui acuto auditu est præditus. Εἰσὶ δέ τινες οἵ φασι ᾗ μάλιστα ὀξυηκόους εἶναι τῶν ζώων ἰχθύας, *Aristot.* Ex ἀκούω, unde ἀκοή.

Ὀξύηχος, ου, ὁ ᾗ ἡ, acutum sonum edens.

Ὀξυθάνατος, ου, ὁ ᾗ ἡ, celeriter interficiens.

Ὀξύθηκτος, ου, ὁ ᾗ ἡ, valde acutus.

Ὀξυθήκτως, *adv.* valde acute.

Ὀξυθρήνητος, ον, valde lamentabilis.

Ὀξυθυμέω, ῶ, fut. ήσω, iræ sum impotens, præcipiti

cipiti ira excandesco. Ὀξυθυμεῖσθαι σφόδρα Εὐριπίδη, *Aristoph. Thesm*, 473.
Ὀξυθυμία, ας, ἡ, iræ præcipitantia:
Ὀξυθυμια, ας, ἡ, et
Ὀξυθύμια, ων, τὰ, purgamenta ædium, quæ noctu Athenienses in triviis ponebant; (2) ligna e quibus suspenduntur aliqui.
Ὀξυθυμίας, ὁ, idem quod ὀξύθυμος, *Poll.*
Ὀξύθυμος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, iracundus.
Ὀξύϊνος, ΐνη, ΐνον, abiegnus. Ab ὀξύα.
Ὀξυκάρδιος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, iracundus. Ex καρδία.
Ὀξυκάρηνος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, acutum caput habens. Ex κάρηνον.
Ὀξυκεδρος, ϐ, ἡ, cedrus acuta.
Ὀξυκέρατος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, acuta cornua habens. Ex κέρας.
Ὀξυκέρως, ωτος, ὁ ϗ ἡ, idem.
Ὀξυκέφαλος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, acuminatum caput habens. Ex κεφαλή.
Ὀξυκίνητος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, mobilis, qui celeriter movetur. Ex κινέω.
Ὀξύκομος, acutus; (2) aculeatus. (1) ὀξύκομον κεράων ἔρνος, acutum cornuum germen, acuta cornua, *Oppian. Cuneget.* 11, 194. (2) ἀμφίδυμοι γὰρ ἐχίνοις ὀξυκόμοισιν μορφαὶ, duplices enim erinaceis aculeatis species, *Id. ibid.* 599.
Ὀξύκρατον, ϐ, τὸ, potio ex aceto et aqua. *Ph.* posca. Ex κεράω, misceo.
Ὀξυκώκυτος, ον, valde flebilis.
Ὀξυλάβεια, et -ία, ας, ἡ, strenuitas, in agendo celeritas.
Ὀξυλαβέω, ῶ, celeriter prehendo, celeriter capesso et adgredior. Ab
Ὀξυλαβὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, strenuus, acer; (2) celer, acer in rapiendo, rapax. Epith. animalium rapacium. Φύσει ὁ αἰετὸς ἐςὶ φθόνερος ϗ ὀξύπεινος ἔτι δὲ ὀξυλαβὴς, *Aristot.* Ex ὀξὺς et λαμβάνω.
Ὀξυλάβος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, idem et ex iisd.
Ὀξυλάλος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, acute loquens.
Ὀξυλάπαθον, ϐ, τὸ, genus lapathi foliis acutioribus.
Ὀξυλίπαρος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, aceto et pinguedine imbutus.
Ὀξυλιπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, idem. Ex λίπος.
Ὀξυμάθεια, vel -θία, ας, ἡ, celeritas discendi. Ab
Ὀξυμαθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, celeriter discens. Ex μανθάνω.
Ὀξύμαλα, mala acida; *Dor.* pro ὀξύμηλα.
Ὀξυμελὴς, ἐς, acuta voce canens. A μέλος.
Ὀξύμελι, ιτος, τὸ, potio ex melle et aceto.
Ὀξυμελίκρατον, *Ion.* ὀξυμελίκρητον, idem.
Ὀξυμέριμνος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, acute excogitatus. Ex μέριμνα
Ὀξύμηλον, *Dor.* ὀξύμαλον, malum acidum, i. e. prunum.
Ὀξύμολπος, ὁ ϗ ἡ, acute canens. A μολπή.
Ὀξύμορφος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, subito formatus. A μορφή.
Ὀξυμυρσίνη, ας, ἡ, acuta myrtus, sylvestris.
Ὀξυμύρσινος, ίνη, ινον, ex myrto sylvestri formatus. A præc.
Ὀξύμωρος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, acutifatuus. Hinc τὸ ὀξύμωρον, ϐ, dictum acutum, tametsi primo intuitu stultum videatur.
Ὀξυναῖος, ον, epith. vini, *ap. Hippoc.* Ab ὀξύς.
Ὀξυντὴρ, ῆρος, ὁ, scalprum. Ab
Ὀξύνω, fut. υνῶ, acumino, acuo, acutum reddo; (2) acuto accentu noto; (3) acuo ad, instigo, incito; (4) acidum reddo; (5) acesco, in acorem vertor; ὀξύνομαι, acidus fio, acesco. Ὀξύνειν τὴν τελευταίαν, scil. συλλαβὴν, *Athen.* Σίδηρος σίδηρον ὀξύνει, ἀνὴρ δὲ παροξύνει πρόσωπον ἑταίρϐ, *Prov.* 27, 17. Ab ὀξύς.
Ὀξυόεις, όεσσα, όεν. Vide ὀξύϊνος, *Il.* 5, 50. Ab ὀξύα.
Ὀξυόστρακος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, ex acutis testis, *Lucian.* Ab ὄστρακον.
Ὀξυπαγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, fortiter impactus; (2) aculeatus. A πηγνύω.
Ὀξυπαθῶς, *adv.* acuto et vehementi adfectu, gravi animi dolore, graviter.
Ὀξυπείνης, ϐ, ὁ, famelicus. Ex πεῖνα.
Ὀξύπεινος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, qui vehementi fame cruciatur; (2) qui valde cupit. Ex eodem.
Ὀξυπευκὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, acidus cum amarore, vehementer amarus, *Hes.* A πεύκη.
Ὀξύπικρος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, acidus, *Gl. V.*
Ὀξυπίνδαξ, ακος, epith. calicis, *Ath.*
Ὀξυπλὴξ, ῆγος, misere affligens. Ἀχέροντος ὀξυπλῆγος, *Soph. Fragm. Polyxenæ.*
Ὀξυποδέω, ῶ, festino, denso, *Gl. V.* ὀξυποδεῖν, grassari, *Ph.* Ab ὀξύπϐς. Unde
Ὀξυποδία, ας, ἡ, acupedium, addensatio.
Ὀξυπόριον, ϐ, τὸ, medicamentum facile venas et tenues partes corporis permeans. Ab
Ὀξυπόρος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, qui cito transit. Ex ὀξὺς et πείρω.
Ὀξύπϐς, οδος, ὁ ϗ ἡ, celeres pedes vel gressus habens, *Gl. V.*
Ὀξύπρωρος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, acutam proram (cuspidem) habens: epith. hastæ.
Ὀξύπτερος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, velox. A πτερόν.
Ὀξύπυκνος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, ut ὀξύπυκνος ἁρμονία, *ap. Musicos*, densitas acutorum sonorum in supremis gradibus musicæ scalæ.
Ὀξυρεγμία, ας, ἡ, acidus ructus, cruditas. Ab ἐρεύγω. Hinc
Ὀξυρεγμιάω, ῶ, acidum ructo, ructus acidos emitto.
Ὀξυρεγμιώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, qui acidum ructum emittit. Ab eod.
Ὀξυρεπὴς, vel ὀξυῤῥεπὴς, ἐς, velox. A ῥέπω.
Ὀξυρίας, ὁ, genus casei ap. Siculos, *Ath.*
Ὀξυρόδινον, vel ὀξυῤῥόδινον, ϐ, τὸ, sc. ἔλαιον, oleum rosaceum aceto temperatum. A ῥόδινος.
Ὀξύῤῥιν, vel ὀξύῤῥις, ινος, ὁ ϗ ἡ, qui acuto est naso. Reperitur et ὀξύῤῥινος.
Ὀξύῤῥοπος ϐ, ὁ ϗ ἡ, celeriter currens; (2) qui levi momento huc illuc inclinatur; (3) celer, celerrimus, qui fit momento temporis; (4) præceps, lubricus, fluxus, agilis, Ex ὀξὺς et ῥοπή.
Ὀξυῤῥόπως, *adv.* celeriter, cum impetu, acriter.
Ὀξύῤῥογχος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, acutum rostrum habens.
ΟΞΥ'Σ, εῖα, ὺ, Gen. έος, εἴας, έος, acutus, ut ensis, cuspis; (2) acutus sensu, voce, animo; (3) acidus; (4) acer, vehemens; (5) celer, subitus, præceps, promptus, expeditus ad aliquid adgrediendum. (6) παρασάλϐς κατεπήγνυον ἐς τὸ ὀξύτατον τῆς φάραγγος, *Arr. Hist. Alex.* 4, 21. Ὀξὺ, *adv.*
Ὀξὺς, lumbus, *Erot. ap. Hipp.* ὀξὺϊ, ὀσφύϊ.
Ὀξύστομος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, acutum os seu rostrum habens; (2) acute scindens, acutam cuspidem habens; (3) acutam seu argutam vocem habens. A στόμα.
Ὀξύσχοινος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, acutus juncus. *Gl. V.* hibiscum, juncus.
Ὀξύτατα, *adv.* acutissime, quam ocissime; ὀξύτατος, ocissimus, *Gl. V.* Ab ὀξύ.
Ὀξυτέλευτος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, acutum finem habens, in acutum sonum desinens. Ex τελευτή.
Ὀξυτενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, in acutum tendens, acuminatus. Ex ὀξὺς et τείνω.
Ὀξύτερον, *adv.* ocius. *Gl. V.* Ab ὀξύ.
Ὀξυτέρως, *adv.* idem et ab eod.
Ὀξύτης, ητος, ἡ, acumen, acies; (2) acrimonia, acerbitas; (3) studium acre, contentio acris; (4) acumen ingenii; (5) tonus acutus; (6) celeritas, velocitas. Ab ὀξύς.
Ὀξυτόκιον φάρμακον, medicamentum quod facit ut mulier cito pariat. Ab
Ὀξυτόκος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, cito pariens, partum accelerans. Ex τίκτω.
Ὀξυτόμος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, acute secans; (2) acutus. A τέμνω.
Ὀξυτονέω, ῶ, in acutum tendo, angustus sum; (2) accentu acuto noto; ὀξυτονῶν, acuminatus. Hinc
Ὀξυτόνησις, εως, ἡ, pronunciatio per accentum acutum.
Ὀξύτονος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, qui acuto tono finitur, cujus ultima syllaba accentu acuto effertur; ὀξύτονοι ᾠδαὶ, acuti et magni ejulatus.
Ὀξυτόνως, *adv.* cum accentu acuto.
Ὀξύτορος, ϐ, ὁ ϗ ἡ· ut ὀξύτορος ἧλος, χαλινὸς, φωνὴ, acutus. A τείρω.
Ὀξυτρίφυλλον, ϐ, τὸ, acutum trifolium.
Ὀξυφάγρος, ϐ, ὁ, piscis nomen, *ap. Opp.*
Ὀξυφαὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, acute videns. A φάος.
Ὀξυφεγγὴς, ἐς, valde splendens. A φέγγος.
Ὀξύφθογγος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, acute sonans.
Ὀξυφλεγμασία, ας, ἡ, acuta et vehemens inflammatio.
Ὀξύφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, acutum sapiens, acri et solerti mente præditus; (2) celer. (2) ὀξύφρων κρῖναι λέχη γυναικῶν, *Eurip. Med.* 644. A φρήν.
Ὀξύφυλλον, ϐ, τὸ, acuta folia habens; *herba.*
Ὀξυφωνία, ας, ἡ, vox acuta; (2) linguæ volubilitas. Ab
Ὀξύφωνος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, acutam vocem habens. Ὀξύφωνος ὡς ἀηδὼν, *Soph. Trach.* 963. A φωνή.
Ὀξύχειρ, ρος, ὁ ϗ ἡ, promptus, expeditus manu. Hinc
Ὀξυχειρία, ας, ἡ, celeritas manus.
Ὀξυχολία, ας, ἡ, ira repentina et acris, iracundia. Ab
Ὀξύχολος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, qui subito et graviter irascitur. *Ph.* biliosus, iracundus. A χολή.
Ὀξυχόλως, *adv.* ira gravi.
Ὀξυωπέω, ῶ, acutum cerno. Ab
Ὀξυωπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, vel ὀξυώπης, acutum cernens. Ὁ δὲ αἰετὸς ὀξυωπέςατος μὲν ἐςι, ϗ τὰ τέκνα ἀναγκάζει ἔτι ψιλὰ ὄντα πρὸς τὴν ἥλιον βλέπειν, ϗ τὸν μὴ βϐλόμενον κόπτει, *Aristot.* Ex ὀξὺς et ὤψ. Hinc
Ὀξυωπία, ας, ἡ, acutus visus.
Ὀξυωπίας, ϐ, ὁ, acutum cernens. Ab eod.
Ὀξυωπὸς, ἡ, όν. Vide ὀξυωπής.
Ὀξώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, acidus. Ab ὄξος.
Ὅϐ, cujus, gen. sing. *Poet.* pro ὅ, ab ὅς, *qui. Il.* 2, 325.
Ὄπα, *Dor.* pro ὄπη, quod vide, *Soph. Antig.* 1342. *Eur. Or.* 1545. Νῦν ψᾶφον ἑλισσομέναν ὄπα κῦμα κατακλάσσει ῥέον, *Pindar. Olymp.* 10, 13.
Ὀπαδέω, comitor, sector. Ab
Ὀπαδὸς, ϐ, ὁ ϗ ἡ, comes, adsecla, adsectator, (2) sectans. (3) πυκνοςίκτων ὀπαδὸν ἐλάφων, *Soph. Œd. Col.* 1092. Ab
ΟΠΑ'ΖΩ, fut. άσω, persequor; (2) sequi jubeo, comitem do, præbeo, do; et ὀπάζομαι, comitem accipio, a persequenti premor; ὀπάσσας, a. 1. part. pro ὀπάσας, cum præbuisset. (1) πολὺν καθ' ὅμιλον ὀπάζων, *Il.* 5, 334. Ὀπαζόμενος Διὸς ὄμβρῳ, urgente Jovis imbre, *Il.* 11, 493. Κοιλιοπώλησι δὲ θεὸς μέγα κῦδος ὀπάζει, *Arist. Eq.* 200. δῶρον τινὶ, *Theoc.* 27, 55.
Ὀπαία, ας, ἡ, vas fictile, in quo foramen est. Ab ὀπή. Unde
Ὀπαῖον, ϐ, τὸ, foramen ollæ; (2) foramen per quod fumus e furno aut camino exit; (3) fenestra. (3) τὸ δ' ὀπαῖον ἐπὶ τϐ ἀνακτόρϐ Ξενοκλῆς ὁ Χολαργεὺς ἐκορύφωσε, *Plutarch. in Pericle*, 1, 352.
Ὀπάλλιον, τὸ, gemma, *Orph.*
Ὀπανίκα, *Dor.* pro ὁπηνίκα, *quando.*
Ὄπασσα, aor. 1. ind. act. *Ion.* pro ὤπασα, ab ὀπάζω, *persequor.*
Ὀπάσαις, a. 1. part. act. *Æol.* pro ὠπάσας.
Ὀπάσσαις, 2. sing. aor. 1. opt. act. *Poet.* pro ὀπάσαις.
Ὀπάτριος, idem quod ὁμοπάτριος.
Ὄπατρος, ϐ, ὁ, eodem patre genitus, pro ὁμόπατρος, *per Syncop.*
Ὀπάων, ονος, ὁ ϗ ἡ, comes; adsecla, famulus, servus. Ὀπάονας δ' ἐμοὶ χωρὶς κέλευσον τῶν δ' ἀποςῆναι δόμων, *Eurip. Hec.* 979. Αἵδε γὰρ χέρες Θησέως ἔσωσαν, φιλτάτων τ' ὀπαόνων, *Soph. Œd. Col.* 602. Ab ὀπάζω.
Ὅπερ, quod, *Gl. V.* Ab ὅς, ἥ, ὅ.
Ὅπερ ἂν, quidquid.
Ὅπερ δὴ, quodlibet, *Ph.*
Ὅπερ δήποτε, quodcumque, *Gl. V.*
Ὀπεὺς, έως, ὁ, subula, qua aliquid perforatur. Ab ὀπή.
Ὀπεύω, circumspicio, video; et ὀπεύεσθαι, omina captare, augurari; (sed pro hoc tutius ὀπτεύεσθαι). Ab ὀπὴ vel ὄψ, *vox.*

Ὀπέωνες, *Ion.* pro ὀπάονες, *Herodot.*

ὈΠΗ´, ῆς, ἡ, foramen, specus, *Gl. V.*

῞ΟΠΗ, *adv.* ubi; (2) quo; (3) qua, qua via; (4) qua ratione, quo modo, prout. Hinc ἐσθ' ὅπη, alicubi, aliquo modo, quadamtenus; ὅπη ἂν, quocumque, quemcumque in locum; ὅπη ποτὲ et ὁπηδήποτε, quocumque, quomodocumque; ὁπητιȣ̃ν, aliquid alicujus momenti.

Ὀπηδεύω, comitor, sequor, *Etym. ex Apoll.*

Ὀπηδέω, ῶ, idem. Ἀνεμώλια γάρ μοι ὀπηδεῖ, inutiles enim mihi sunt comites, *Il.* 5, 216. Χάρις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ, *Epigr.* Τȣ̃το δ' ἀριστήεσσι Διὸς πάρα δῶρον ὀπηδεῖ, *Dion. Per.* 547. Ab ὀπηδός. Hinc

Ὀπηδητὴρ, ῆρος, ὁ, comes, adsectator, *Hes.*

Ὀπηδὸς, ȣ̃, ὁ, idem quod ὀπαδὸς, *Att. Eust.*

Ὁπηλίκος, ὁ ϗ ἡ, quantus. Hinc

Ὁπηλικοσȣ̃ν, quantuscumque; et in Neut. ὁπηλικονȣ̃ν, quantumcunque. A πηλίκος.

Ὁπηνίκα, *adv.* quum, quando, postquam, quam mox, *Ph.* Ab ἡνίκα, *quando.*

Ὀπήτιον, ȣ, τὸ, subula qua aliquid perforatur. Ab ὀπή.

Ὁπητιȣ̃ν, aliquid alicujus momenti. Ab ὅπη, τὶ, et ȣ̃ν.

Ὀπὶ, dat. sing. ab ὄψ, *vox.*

Ὀπίας, ȣ, ὁ, ut ὀπίας τυρὸς, caseus coagulo ficulneo coagulatus. *Aristoph. per jocum* ὀπίαν vocat quoque τὴν ὀπὴν, foramen. Ab ὀπός.

Ὀπιδνὸς, ἡ, ὸν, reverendus, cavendus, vel extimescendus; ὀπιδνοτάτη, summopere cavenda, maxime extimescenda, *Apoll. Rhod.* 2, 292. Ab ὄπις.

Ὀψίζετο, 3. sing. imperf. ind. med. *Ion.* pro ὠπίζετο, ab

Ὀπίζομαι, fut. ίσομαι, curo, revereor; (2) caveo; (3) rependo, ulciscor. Τῶν ὅγ' ὀπίζετο μῆνιν, *Hes. Scut.* 21. Ἀλλὰ σὸν αἰεὶ θυμὸν ὀπίζομαι, *Od.* 13, 148. Μητρὸς γὰρ πυκινὴν ὠπίζετ' ἐφετμὴν, *Il.* 18, 216.

Ὀπίζω, fut. ίσω, succum lacteum arboris alicujus colligo cortice inciso, vel caulem incido succi eliciendi gratia. Ab ὀπός.

῎Οπιθε, vel ὄπιθεν, pone, a tergo, *Gl. V.*

ὈΠΙΚΟ´Σ, ἡ, ὸν, opicus, deformis, sordidus, immundus, *Vet. Lex.*

Ὀπιμαντεῖον, τὸ, voce datum responsum, *V. L.*

῎Οπιον, ȣ, τὸ, opium, succus lacteus qui papaveris scapo inciso emanat. Ab ὀπός.

Ὀπιπευτὴρ, ῆρος, ὁ, speculator, qui circumspicit diligenter aliquid, spectator. Ab

Ὀπιπεύω, idem quod

Ὀπιπτεύω, fut. εύσω, inspicio, circumspicio, oculis lustro. Τί δ' ὀπιπτεύεις πολέμοιο γεφύρας; *Il.* 4, 371. Ab ὄπτομαι.

῏ΟΠΙΣ, ιδος, ἡ, ultio, vindicta divina; (2) cura, consideratio, respectus; (3) adspectus. Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν ȣ̓κ ἀλέγοντες, *Il.* 16, 388.

Ὀπισαμβῶ, itio retrograda, *Eust.* Quasi ex ὀπίσω et ἀμβαίνειν, pro ἀναβαίνειν, *ascendere.*

῎Οπισθε, vel ὄπισθεν, *adv.* a tergo, pone; (2) posterius, in posterum, posthac, postea. Γνώμης πατρῴας πάντ' ὄπισθεν ἑστάναι, omnia voluntatis paternæ posthabere, *Soph. Antig.* 640. Hinc ὁ ὄπισθεν, posterior sequens.

Ὀπισθέναρ, αρος, τὸ, posterior pars manus et quasi aversa. Ex ὀπίσω et θέναρ.

Ὀπισθίδιος, ία, ιον, posticus. Ab ὄπισθεν.

Ὀπίσθιος, ία, ίον, posticus, posterior; τὰ ὀπίσθια, posteriora. Ab eod.

Ὀπισθίως, *adv.* pone, a tergo, retrorsum.

Ὀπισθοβάμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, qui retro cedit, retrogradus. Ex ὄπισθεν et βαίνω. Unde

Ὀπισθοβατικὸς, ἡ, ὸν, retro insiliens.

Ὀπισθόγραφος, ὁ ϗ ἡ, ab aversa parte scriptus; de libro et charta. Ex ὄπισθεν et γράφω.

Ὀπισθοδάκτυλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui digitos habet retro inversos, *R.* Ex ὄπισθεν et δάκτυλος.

Ὀπισθόδετος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, a tergo seu retro ligatus.

Ὀπισθοδίωξις, εως, ἡ, idem quod παλίωξις, opp. προδιώξει, *Sch. Hesiod.*

Ὀπισθόδομος, ȣ, ὁ, postica pars templi; opp. πρόδομος· (2) pars arcis Athenis, ubi ærarium pone ædem Minervæ erat. *Gl. V.* ærarium, posticula.

Ὀπισθοκάλυμμα, ατος, τὸ, ornatus muliebris, quo posterior sive capitis sive totius corporis pars velabatur.

Ὀπισθοκάρπιον, ȣ, τὸ, fructum a tergo folii ferens. Ex ὄπισθεν et καρπός.

Ὀπισθόκαρπος, ον, ferens fructum a tergo folii, *Theophr.*

Ὀπισθοκέλευθος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui pone sequitur, adsectator.

Ὀπισθόκεντρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui aculeus in posteriori parte corporis est, aculeum in cauda habens. Ex κέντρον.

Ὀπισθοκέφαλον, ȣ, τὸ, occiput, *Gl. V.* Ex κεφαλή.

Ὀπισθοκόμος, ȣ, ὁ, a tergo comatus. Ex κόμη.

Ὀπισθόκομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem.

Ὀπισθοκράνιον, ȣ, τὸ, occipitium, *Ph.*

Ὀπισθοκρηπῖδες, ων, αἱ, calcei quidam muliebres.

Ὀπισθοκύφωσις, εως, ἡ, spinæ in posteriorem partem contorsio.

Ὀπισθόμβροτος, ον, post mortem contingens, durans, *Pind.*

Ὀπισθονόμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui retro ambulans pascitur, qui præpostere pascitur; ut ὀπισθονόμοι βόες. Ex νέμω, *pasco.*

Ὀπισθονυγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, a tergo pungens. Ex νύσσω· unde aor. 2. ἐνύγην.

Ὀπισθοπόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, retrogradus.

Ὀπισθόπȣς, οδος, ὁ ϗ ἡ, pone gradiens, pone sequens; epith. famulorum; (2) retrocedens. Προσπόλων ὀπισθόπȣς κῶμος, *Eurip. Hipp.* 54.

Ὀπισθορμέω, ῶ, retrocedo, *Hesych.* Hinc

Ὀπισθόρμητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, retrocedens, retro gradus.

Ὀπισθοσφενδόνη, ης, ἡ, reticulum, muliebre ornamentum capitis, *apud Comicos.*

Ὀπισθοτίλα, ης, ἡ, sepia; ita dicitur ab ὄπισθεν τιλᾷν, post se emittendo atramentum suum.

Ὀπισθοτονία, ας, ἡ, convulsio partium in posteriora, partium posteriorum distensio:

Ὀπισθοτονικὸς, ἡ, ὸν, cui quodam rigore nervorum caput scapulis annexum est, cui cervix reflexa est in posteriorem partem:

Ὀπισθοτονικῶς, *adv.* more eorum quibus cervix reflexa est in posteriorem partem:

Ὀπισθότονος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, in aversum tendens aut tentus; retrotorsus, *Gl. V.* (2) *Subst.* idem quod ὀπισθοτονία· (3) persona illo morbo laborans; (4) vinculum, quo manus post tergum religantur. Ex τείνω.

Ὀπισθοτονώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, idem quod ὀπισθότονος, n. 3.

Ὀπισθȣρητικὸς, ἡ, ὸν, qui retrorsum urinam emittit, *Aristot.* Ex ȣ̓ρέω.

Ὀπισθοφάλακρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, in occipite calvus.

Ὀπισθοφανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, retrorsum attendens, seu mentem adhibens, *Hesych.* Ex φαίνω.

Ὀπισθοφανῶς, *adv.* retrorsum, in aversum.

Ὀπισθοφυλακέω, a tergo agmen custodio.

Ὀπισθοφυλακία, ας, ἡ, custodia militum a tergo. Ab

Ὀπισθοφύλαξ, ακος, ὁ ϗ ἡ, qui a tergo agmen tutatur.

Ὀπισθοχειμὼν, ῶνος, ὁ, frigus circa extremam hiemem.

Ὀπισθόχειρ, ρος, ὁ ϗ ἡ, cui manus post tergum religantur.

῎Οπισμα, ατος, τὸ, succus lacteus e caule vel radice incisa exceptus; exponitur etiam liquor concretus. Ab ὀπίζω.

Ὀπισμὸς, ȣ̃, ὁ, succi lactei collectio, qui ex inciso caule gignitur. Ab eod.

Ὀπίσσω, idem quod ὀπίσω.

Ὀπίστατος, ȣ, ὁ, postremus, ultimus; *Il.* 8, 342.

Ὀπίστερος, ȣ, ὁ, posterior, a tergo sequens, *Nonn.* Ab

ὈΠΙ´ΣΩ, *adv.* retrorsum, retro, a tergo, in aversum, pone, post, postea, in posterum. Hinc εἰς τὰ ὀπίσω, retrorsum, retro; εἰς τȣ̓πίσω, retrorsum, in aversum.

Ὀπίων, ὁ, idem quod ὀπτὴρ, *Plut.*

῞Οπλα, ων, τὰ, arma; (2) armamenta.

Ὁπλάρια, ων, τὰ, parva arma; ὁπλάριον, scutulum, *Gl. V.* Dim ab ὅπλον.

῞Οπλεσθαι, præs. inf. pass. verbi ὅπλομαι.

Ὁπλέω, armo; (2) instruo. Ἅμαξαν ἐΰτροχον ἡμιονείην Ὅπλεον, *Od.* 6, 73. Ab ὅπλον.

Ὁπλέων gen. pl. *Ion.* pro ὁπλῶν, ab

Ὁπλὴ, ῆς, ἡ, ungula, unguis quadrupedum, equi, porci, asini, bovis, &c. Ab ὅπλον.

Ὁπλιζοπάλης, ὁ, armatus, *Æsch. Fr.* ὁπλιτοπάλης, *P.*

Ὁπλίζω, fut. ίσω, armo, instruo armis; (2) instruo, paro; ὁπλίζομαι, armor; aor. 1. ὁπλισθεὶς, armatus; perf. ὡπλισμένος, idem; ὥπλισθεν, *apud Hom.* pro ὡπλίσθησαν, instruebantur, *Od.* 23, 143. Ἐπὶ τὸν ἔσχατον ἀγῶν' ὁπλιζόμεσθα φασγάνῳ χέρας, *Eur. Or.* 1212. Σὺ δ' ὥς τι δράσων πρὸς τάδ' ὁπλίζῃ χέρα; *Id. Rhes.* 99. Ab eod. Hinc

῞Οπλισις, εως, ἡ, armatura; (2) ipsa arma.

Ὁπλίσιος, gen. *Ion.* a recto ὅπλισις. Ὁπλίσιος δὲ τῆς Ἰνδῶν, ȣ̓χ ὠῦτος ὅς τρόπος, *Arr. Ind.* 16, 6.

῞Οπλισμα, ατος, τὸ, armatura; (2) apparatus bellicus. (2) τῶν Βοιωτῶν δ' ὅπλισμα, exercitumque Bœtorum, *Eur. Iphig. in Aul.* 253. Ab eod.

Ὁπλισμὸς, ȣ̃, ὁ, armatura; (2) ipsa actio armandi. Ab eod.

Ὁπλισόμεσθα, 1. pl. f. 1. ind. med. *Dor.* pro ὁπλισόμεθα, ab ὁπλίζω, *armo.*

Ὁπλιστὴς, ȣ̃, ὁ, armator, *Gl. V.* Ab eod.

Ὁπλιταγωγὸς, ȣ̃, ὁ ϗ ἡ, milites armatos vehens, ut navis. Ex ὁπλίτης et ἄγω.

Ὁπλιτεύω, f. εύσω, sum miles gravis armaturæ; (2) armatis præsum, rem militarem exerceo, *Thuc.* Ab

Ὁπλίτης, ȣ, ὁ, armatus, arma gestans; (2) miles armaturæ gravis, *Ph.* scutarius; ὁπλῖται, armites, *Ph.* armati, *Gl. V.* Ab ὅπλον.

Ὁπλιτικὸς, ἡ, ὸν, ad militem gravis armaturæ pertinens; τὸ ὁπλιτικὸν, gravis armaturæ milites. A præc.

Ὁπλῖτις, ιδος, ἡ, armata; ὁπλίτιδες, sc. γυναῖκες, statuæ mulierum armatæ. Ab ὁπλίτης.

Ὁπλιτοδρομέω, ῶ, f. ήσω, stadium armatus decurro, armatus cursu contendo. Ὁπλιτοδρομεῖν ἀσκήσας, *Pausan.* Ab

Ὁπλιτοδρόμος, ȣ, ὁ, armatus cursu contendens, armatus stadium decurrens. Ex ὁπλίτης et δρόμος.

Ὁπλιτοπάλης, ȣ, ὁ, *Dor.* ὁπλιτοπάλας, qui armatus luctatur. Ex ὁπλίτης et πάλη.

Ὁπλοδιδακτὴς, ȣ̃, ὁ, campidoctor, *Ph.*

Ὁπλοδιδάσκαλος, ȣ, ὁ, armidoctor, *Gl. V.* sed *armiductor* editur.

Ὁπλοδοτέω, ῶ, fut. ήσω, arma do. A δίδωμι.

Ὁπλοθήκη, ης, ἡ, armamentarium.

Ὁπλοκαθαρμὸς, ȣ̃, ὁ, armilustrum, *Ph.*

Ὁπλοκαθάρσια, ας, ἡ, idem, *Gl. V.*

Ὁπλοκαθάρσιον, ȣ, τὸ, idem, *Philox.*

Ὁπλολογέω, ῶ, arma colligo. A λέγω.

῞Οπλομαι, armor; (2) instruor, paror. Δεῖπνον ἄνωχθι ὅπλεσθαι, *Il.* 19, 172. Ab ὅπλον.

Ὁπλομανέω, ῶ, f. ήσω, insano armorum amore ducor. Ὁπλομανεῖν πέρα τȣ̃ δέοντος, *Synes.* Ex μαίνομαι.

Ὁπλομαχέω, ῶ, f. ήσω, armis pugno, vel certo. *Plut.*

Ὁπλομαχία, ας, ἡ, pugna, qua armis pugnatur.

Σπαδωνίζω, f. ίσω, *proprie* revello, evello; (2) castro, spadonem efficio. Σπαδωνίζει τὸν ἦχον, castrat vocem, emittit vocem quasi castratam, *id est*, exilem, *Dionys. Halic. de Structura Orat.* 14.

Σπαδώνισμα, et σπαδόνισμα, τὸ, evulsio, laceratio.

Σπαδωνισμὸς, ȣ, ὁ, castratio. A præc.

Σπάζω, fut. άσω, divello, traho; (2) haurio. Ἐσπάζε τȣ ὕδατος, *Philostr.* A σπάω.

Σπαθαλάω, ῶ, prodigo; rectius usitat. σπαταλάω, *Ern.* A σπαθάω.

Σπαθάλιον, ȣ, τὸ, spathula, ramus palmæ, palmes. Dim. a σπάθη.

Σπαθάω, ῶ, f. ήσω, licium inculco spatha, vel tudicula, texo; (2) profuse insumo, prodigo; dilapido, luxurior. Ὦ γύναι, λίαν σπαθᾷς, *Aristoph. Nub.* 55. A

ΣΠΑ'ΘΗ, ης, ἡ, spatha, spathula, rudes vel rudis, rudicula, radius textoris, virga, gladius, *Gl. V. item* costa, *Gl. V.* σπαθαι, costæ, *Ph. item* palma, vel ramus palmæ.

Σπάθημα, ατος, τὸ, densitas telæ spatha arctatæ et densatæ, aut tela sic laborata. A σπαθάω.

Σπατήγορος, et σπαθίγορος, animal ex crasso in caudam abiens tenuem, *Æsch.*

Σπάθησις, εως, ἡ, telæ densatio, cum haud parce licium inculcatur; (2) prodiga erogatio, profusio. A σπαθάω.

Σπαθητὸς, ἡ, ὸν, densatus, cui licium large inculcatum. Ab eod.

Σπαθίζω, f. ίσω, spathula agito; (2) spathula aliquid alicunde exemptum illino, ungo. A σπάθη.

Σπάθιον, ȣ, τὸ, spathula, culter chirurgicus, scalpellum; (2) specillum. Dim. ab eod.

Σπαθὶς, ἡ, densa vestis, *Hes.*

Σπάθισμα, ατος, τὸ, (a σπαθίζω,) idem quod

Σπαθισμὸς, ȣ, ὁ, percussio, quæ fit gladio.

Σπαθίτης, ȣ, ὁ, palmeus. A σπάθη.

Σπαθομήλη, ης, ἡ, specillum latum spathæ speciem habens. Ab eod. et μήλη.

Σπαθοποιὸς, ȣ, ὁ, gladiarius, *Gl. V.* qui spathas et gladios facit. Ex σπάθη et ποιέω.

Σπαθοφοίνικον, ȣ, τὸ, spatha palmæ, *i. e.* fructus palmæ adhuc florentis involucrum. Ex eod. et φοῖνιξ.

Σπαθόφυλλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cujus folia spathæ similia sunt. Ex eod. et φύλλον.

ΣΠΑΙ'ΡΩ, palpito, vibro, tremo; (2) spiro sive exspiro animam, more animalium, palpitando animam efflantium. Ὁ μὲν γὰρ παίδων σπαίρει πέλας, *Epigr.*

Σπαλακία, ας, ἡ, cæcitas, qualis est talparum. A

Σπάλαξ, ακος, ὁ, talpa. A σπάω, quoniam terram semper unguibus vellicat.

Σπαλεὶς, *missus*, aor. 2. part. pass. *Æol.* pro ςαλεὶς, a ςέλλω.

Σπαλὶς, ἡ, novacula, *item* pro ψαλὶς, *V. L.*

Σπαλίωνες, οἱ, plutei, seu musculi bellici, *V. L.*

Σπανακὸν, τὸ, oleris quoddam genus, *V. L.*

Σπανανδρία, ας, ἡ, paucitas seu raritas hominum. Ex σπάνις et ἀνήρ.

Σπάνη, ἡ, idem quod

Σπανία, ας, ἡ, paucitas, raritas, penuria; (2) Hispania. A σπάνις.

Σπανιάκις, *adv.* raro, *Gl. V.* A σπάνιος.

Σπανίζω, fut. ίσω, penuria laboro; (2) rarus sum. Δοκεῖς σπανίζειν δῶμα βασίλειον πέπλων; *Eur. Med.* 960. Σπανίζοντες βίȣ, *Supp.* 240. A σπάνις.

Σπάνιος, ία, ιον, rarus; (2) pretiosus, nam quæ rara sunt, pretiosa sunt. (2) νίκην ἀρίςην τε καὶ σπάνιον ἐξενεγκάμενος, *Appian. Bell. Annibal.* 26. Ab eod. Hinc

Σπανιότης, ητος, ἡ, paucitas, penuria.

Σπάνις, εως, ἡ, penuria, inopia.

Σπανισθῆναι, *privatum esse*, aor. 1. inf. pass. v. σπανίζω.

Σπανιςὸς, ἡ, ὸν, cujus inopia seu penuria est; (2) inops. A σπανίζω.

Σπανίως, *adv.* raro. A σπάνιος.

ΣΠΑΝΟ'Σ, ȣ, ὁ, rarus.

Σπανοπώγων, ωνος, ὁ, cui rara est barba.

Σπανοσιτία, ας, ἡ, annonæ penuria. A

Σπανόσιτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, annonæ penuria laborans.

Σπανόφυλλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, rara habens folia.

Σπάνυδρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cui raræ sunt aquæ, aquæ penuria laborans. Ex ὕδωρ.

ΣΠΑ'Ξ, σπακὸς, ὁ ϗ ἡ, canis; *Vox Pers.*

Σπάραγμα, ατος, τὸ, frustum rei dilaceratæ seu discerptæ; (2) laceratio, convulsio. (2) σπάραγμα κόμας θήσομαι, *Eurip. Andr.* 827. A σπαράσσω.

Σπαραγματώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, lacer, discerptus, pannis obsitus. A præc.

Σπαραγμὸς, ȣ, ὁ, laceratio, convulsio; (2) perturbatio, distractio. A σπαράσσω. Hinc

Σπαραγμώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, qui convulsione tentatur.

Σπαράκτης, ȣ, ὁ, lacerator.

Σπάραξις, εως, ἡ, laceratio, carptus. A

ΣΠΑΡΑ'ΣΣΩ, vel σπαράττω, fut. ξω, lacero, dilacero, dilanio, carpo, vellico; ἐσπαραγμένος, carptus, *Ph.* dilaceratus, p. pass. part. Ὑμεῖς τȣτον ὥσπερ κυνίδι' ἐσπαράττετε, *Aristoph. Pace*, 639.

Σπαργανάω, idem quod

Σπαργανίζω, f. ίσω, fasciis involvo. A σπάργανον.

Σπαργάνιον, ȣ, τὸ, fasciola; (2) herba quædam. Dim. ab eod.

Σπαργανίσασα, *fasciis involuta*, a. 1. part. act. f. g. verbi σπαργανίζω.

Σπαργανιώτης, ȣ, ὁ, fasciatus, fasciis involutus. A σπαργάνιον.

ΣΠΑ'ΡΓΑΝΟΝ, ȣ, τὸ, fascia qua infans involvitur; σπάργανα, cunabula, *Ph.*

Σπαργανόω, ῶ, f. ώσω, fasciis involvo, fascio; (2) involvo; σπαργανῶσθαι, fasciari, *Gl. V.* ἐσπαργανωμένος, fasciis involutus, perf. pass. part. Ἡμεῖς ἐν ὀρφνῇ σπαργανώσαντες πέπλοις, *Eur. Ion.* 989. Ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, *Luc.* 2, 7. A σπάργανον. Hinc

Σπαργάνωμα, ατος, τὸ, id quo aliquid involvitur, velut fascia; involucrum, fasciæ usum præbens.

Σπαργάνωσις, εως, ἡ, fasciatio, involutio in fascias; (2) tumor mamillarum a partu recente. Ab eod.

ΣΠΑΡΓΑ'Ω, ῶ, f. ήσω, tumeo et distentus sum, de uberibus ita distentis, ut lac stillet, de arboribus succo turgentibus; (2) de vehementiori cupiditate; (3) de libidine Venerea. Σπαργῶντας μοὶ τȣς μαςȣς χάλασον, *Eur. Cyc.* 55. Δι' εὐτυχίαν ἐτηρμένῳ ϗ σπαργῶντι τῷ δήμῳ χαλινὸν ἐμβαλεῖν, *Plut. M.* Hinc

Σπαργὴ, ῆς, ἡ, libido, *proprie* exonerandi lac mamillas distendens, seu ipse tumor e copia nimia, pro σπάργησις, *Ern.*.

Σπάργω, fut. ξω, *inus.* idem quod σπαργανόω, *Hom.*

Σπάργωσις, ἡ, pro σπαργάνωσις, *Diosc.*

Σπαρεὶς, *satus*, aor. 2. part. pass. verbi σπείρω.

Σπαρίζω, palpito, *R.* A σπαίρω.

Σπαρίχνιον, corbis, sportula, *Poll.*

Σπαρνοπόλιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cujus per tempora rari sparsi sunt cani. Ex σπαρνὸς et πόλιος.

Σπαρνὸς, ἡ, ὸν, rarus, paucus, infrequens. Σπαρνὸν γὰρ ὅτ' Ἄρτεμις ἄςυ κάτεισιν, *Call. in Dian.* 19. A σπανός.

Σπάρος, pusillus quidam piscis, *Ep.*

Σπάρτη, ης, ἡ, funis sparteus, restis spartea; (2) funiculus fabrorum, quo rubrica vel alio colore tincto lineam in ligno vel lapide signant, quam in poliendo sequantur.

Σπαρτίνα, ης, ἡ, funiculus sparteus. A

Σπάρτινος, ίνη, ινον, sparteus, ex sparto confectus. A σπάρτον.

Σπάρτιον, vel σπαρτίον, ȣ, τὸ, funiculus sparteus, restis, funiculus. Dim. a σπάρτη.

Σπαρτοδέτος, spartaceus. Σπαρτόδετον μήρινθον, *Oppian. Cyneget.* 1, 156. Σπαρτόδετον τανύȣσι πεδίδρομον, *Id. Ibid.* 4, 415.

Σπάρτον, ȣ, τὸ, spartum, vitile; (2) funis sparteus. Σπάρτα λέλυνται, *Il.* 2, 135. Non *rudentes*, sed *funiculi* vel *lora* quibus naves consuebantur, *Salmasius.*

Σπαρτοπλόκος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui spartum seu restes e sparto plectit, restio. Ex πλέκω.

Σπαρτοπόλιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, semicanus, cui sparsi per tempora sunt cani. *Gl. V.* incanus.

Σπαρτοπώλης, ȣ, ὁ, qui spartum seu utensilia sparta vendit. Ex σπάρτον et πώλης.

Σπαρτὸς, ἡ, ὸν, seminatus, sparsus; (2) satu editus. Σπαρτοὶ, Thebani, (utpote orti e draconis dentibus seminatis quem Cadmus interfecit,) *Soph. Œd. Col.* 1534. Ἀργείȣς ἐπιπνεύσας Σπάρτων γέννᾳ, *Eurip. Phœn.* 801. Ab eod. et σπείρω.

Σπάρτος, ὁ, idem quod σπάρτον, *Poll.*

Σπαρτοφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, sparti ferax. A φέρω.

Σπασάμενοι, *qui traxerunt*, nom. pl. aor. 1. part. med. verbi σπάω.

Σπάσε, *traxit*, 3. sing. aor. 1. ind. act. *Ion.* pro ἔσπασε, a verbo eod.

Σπάσις, εως, ἡ, tractus, attractus, suctus; (2) convulsio, divulsio. A σπάω.

Σπάσμα, ατος, τὸ, acies nuda gladii; (2) id quod in corpore animalis convulsum est. *Gl. V.* ruptum; convulsio; σπάσμα θαλάσσης, maris æstus, *Appian. Bell. Civ.* 5, 89. Ab eod.

Σπασμάτιον, ȣ, τὸ, levis convulsio, distensio. Dim. a σπάσμα.

Σπασματώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, convulsionis speciem gerens, convulsivus. Ab eod.

Σπασμὸς, ȣ, ὁ, extractio, eductio; (2) convulsio in corpore humano; σπασμὸς θαλάσσης, æstus maris. A σπάω. Hinc

Σπασμώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, convulsivus.

Σπαςικὸς, ἡ, ὸν, trahendi, attrahendi, seu extrahendi vim habens; (2) convulsioni obnoxius. A σπάω.

ΣΠΑ'ΤΑΓΓΟΣ, ȣ, ὁ, spatangus, echinorum species; *item* σπατάγγη, vel σπαταγγή.

Σπαταλάω, ῶ, f. ήσω, lascivio, delicior, vitam voluptariam dego. Ἡ δὲ σπαταλῶσα ζῶσα τέθνηκε, 1 *Tim.* 5, 6. A

Σπατάλη, ης, ἡ, deliciæ, lautitiæ. *Gl. V.* lascivia, deliciæ. A σπαθάω.

Σπατάλημα, ατος, τὸ, luxus, deliciæ. A σπαταλάω.

Σπάταλος, delicatus, *Ph.* A σπατάλη.

Σπάτειος, εία, ειον, pelliceus, e pellibus factus, *Hes.* A σπάτος.

Σπατίλη, ης, ἡ, coriorum resegmina; (2) stercus humanum humidum, liquida alvi egestio. Ab eod.

ΣΠΑ'ΤΟΣ, εος, τὸ, corium, pellis, *Hes.*

ΣΠΑ'Ω, ῶ, fut. άσω, traho, attraho, extraho, educo, vello, convello, divello, sugo, bibo; σπᾶται ξίφος, stringit gladium, *Gl. V.* "Επου μοι, φάσγανον σπάσας χερὶ, *Eur. Iph. in T.* 323. Αὕτη μὲν ἡ μήρινθος ȣ̓δὲν ἴσπασεν, *Aristoph. Thesm.* 935. Σπάομαι, convellor, dolore convellor. 'Εσπᾶτο γὰρ πλευραῖσιν ἀρτίκολλος, ὥστε τέκτονος, χιτὼν ἅπαν κατ᾽ ἄρθρον, *Soph. Trach.* 786.

Σπεῖο, *sequere*, 2. sing. præs. imperat. med. *Ion.* et *per Ectas.* pro σπέο, quod *Ion.* dicitur pro σπȣ̃, a verbo poetico σπόμαι pro ἕπομαι.

ΣΠΕΙ'ΡΑ, vel σπεῖρα, ας, ἡ, spira, linea flexuosa orbes faciens in se non redeuntes, funis in orbem convolutus, funis nauticus; (2) cohors, globus militum.

Σπεῖραι, a. 1. inf. act. verbi σπείρω, *semino*.

Σπειραία, ας, ἡ, spiræa, frutex lentus et vitilis, qui in spiram contorqueri potest. *Angl.* MOCK-WILLOW. A σπειράω.

Σπείραμα, ατος, τὸ, spira serpentum; (2) multitudo. A σπειράω.

Σπειραχθὴς, ἑος, ὁ ϗ ἡ, cui spira, sc. caudæ, est gravis et ponderosa. Ab ἄχθος.

Σπειράω, ῶ, in spiram contraho seu colligo. A σπεῖρα.

Σπειρηδὸν, *adv.* in modum spiræ vel in orbem; (2) per cohortes. Ab eod.

Σπείρημα, ατος, τὸ, idem quod σπείραμα· (2) semen, pro σπέρμα. Ab eod.

Σπείριον, ȣ, τὸ, vestimentum tenue. A

Σπεῖρον, ȣ, τὸ, fascia; (2) vestis lacera et mendicis propria; σπεῖρα, panni; (3) velum navis; (4) funis nauticus in orbem convolutus. *Od.* 5, 28. Ab eod.

Σπείροντι, dat. sing. part. præs. verbi σπείρω.

Σπειροπώλης, ȣ, ὁ, qui tritas et veteres vestes vendit; (2) venditor vestium.

Σπειροπῶλις ἀγορὰ, vestiarium forum, *Poll.*

Σπειρόω, ῶ, fut. ώσω, fasciis involvo; (2) in spiram colligo. Ab eod.

Σπεῖρος, τὸ, idem quod σπέρμα, *Nic.*

ΣΠΕΙ'ΡΩ, f. ερῶ, sero, semino; (2) dissemino, spargo; (3) liberos procreo; σπαρεὶς, satus, *Gl. V.* σπαρὲν, satum, *Ph.* aor. 2. part. pass. ἐσπαρμένος, satus, *Gl. V.* perf. pass. part. "Εσπειρεν ἡμῖν παῖδα, *Eur. Ph.* 22. Τόξα τ᾽ ἔσπαρται πέδῳ, *Eur. Herc. Fur.* 1102.

Σπειρώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, spiræ similis, orbem spiris suis faciens. A σπεῖρα.

Σπεῖσαι, *libasse*, aor. 1. inf. act. verbi σπένδω pro σπεῖδω.

Σπείσαντο, *libaverunt*, 3. pl. aor. 1. ind. med. *Ion.* pro ἐσπείσαντο, e verbo eod.

Σπείσασκε, *libavit*, 3. sing. aor. 1. ind. act. *Ion.* pro ἔσπεισε, a verbo eod.

Σπεῖσις, εως, ἡ, libatio. A σπένδω.

Σπείσω, *libabo*, f. 1. ind. act. verbi σπένδω.

Σπεκλόω, ῶ, implico, *R.* - σπλεκȣ̃ν, coire. A πλέκω.

Σπεκκλάτωρ, ορος, ὁ, speculator. *Vox Lat.*

ΣΠΕ'ΛΕΘΟΣ, ȣ, ὁ, stercus, merda, fimus, excrementum.

Σπέλλης, vel σπέλλης, vestis fœminæ, *Ern.*

Σπενδαυλέω, inter libandum et sacrificandum cano tibia. Ex σπένδω et αὐλέω.

Σπενδεῖον, ȣ, τὸ, vas libaminibus dicatum; *ex Athenæo*, pro σπονδεῖον. A σπένδω.

Σπένδεσκε, *libabat*, 3. sing. imperf. ind. act. *Ion.* pro ἔσπενδε. Ab eod. verbo.

Σπενδόμενοι, nom. plur. præs. part. med. vel pass. Ab eod. verbo.

Σπενδοποιέω, *Athen.* pro σπονδοποιέω.

ΣΠΕ'ΝΔΩ, f. σπείσω, guttatim defundo; (2) libo, *i. e.* vino, lacte, aut simili liquore Diis sacrifico; σπένδω et σπένδομαι, paciscor, fœdus ineo, fœdus libatione facio; σπένδομαι, mactor, immolor, sacrificor; σπεῖσον, liba, *Ph.* aor. 1. imperat. ἐσπεισμένα, pacta et fœderata, perf. pass. part. σπένδεσκον, libabam, libabant, imperf. *Ion.* pro ἔσπενδον. Θεοῖς ἐσπεισάμην σπονδὰς, *Eur. Alc.* 1003. Σπείσομαι τὸ σοὶ φίλιον αἷμα τὸ ἐμὸν, *Heliod.* Σπονδὴν λαβὲ δὴ, ϗ σπεῖσον ἀγαθȣ̃ δαίμονος, *Aristoph. Eq.* 106. Σπένδομαι δὲ συμφοραῖς, Μενέλαε, καὶ σοῖς, Λεξία, θεσπίσμασιν, redeo ingratiam cum fortunis. *Eurip. Or.* 1680.

ΣΠΕ'ΟΜΑΙ, sequor, pro ἕπομαι, *Od.* 22, 324.

ΣΠΕ'ΟΣ, εος, τὸ, specus, spelunca.

Σπέραδος, εος, τὸ, semen, *Nic.* A σπείρω.

Σπέρχην, *adv.* valide. A σπέρχω.

Σπέρμα, ατος, τὸ, semen, seminarium, seminium, *Gl. V. in SS.* genus, posteri, filius; σπέρματα, grana frugum, legumina. A σπείρω.

Σπερμαίνω, sero, semino; (2) liberos procreo, *Hesiod. Op.* 734. A σπέρμα. Unde

Σπερματίας σικυὸς, cucumeris species.

Σπερματίζω, fut. ίσω, semento, semino.

Σπερματικὸς, ἡ, ὸν, seminalis, genitalis.

Σπερματικῶς, *adv.* per semen, serendo; (2) σπερματικῶς λέγειν, elementa tradere.

Σπερμάτιον, ȣ, τὸ, parvum seu exile semen. Dim. σπερμάτια, τὰ, grana frugum.

Σπερματὶς, ίδος, ἡ, seminaria.

Σπερματισμὸς, ȣ̃, ὁ, seminis emissio. A σπερματίζω.

Σπερματολόγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ· vide σπερμολόγος.

Σπερματοπώλης, ȣ, ὁ, seminum venditor.

Σπερματοφάγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qu. dic. seminivorus, qui e seminibus alitur.

Σπερματοφυέω, ῶ, semen fero, semento. A φύω.

Σπερματόω, ῶ, fut. ώσω, semino. A σπέρμα.

Σπερματώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, seminalis. Ab eod.

Σπερμάτωσις, ἡ, satio. A σπερματόω.

Σπερμεῖον, idem quod σπέρμα, *Nic.*

Σπέρμιος, ὁ, ἡ, sator, epith. Apoll. et Cer. A σπέρμα.

Σπερμοβολέω, semen jacio. Ex βολή.

Σπερμογονέω, ῶ, semen pario. A

Σπερμογόνος, ȣ, ὁ, ἡ, semen pariens, fœcundans. A γίνομαι.

Σπερμολογέω, ῶ, f. ήσω, semen lego, de animalibus semen ad pastum legentibus; (2) nugor, blatero, deblatero; *item* scurror, scurram ago.

Σπερμολογία, ας, ἡ, vaniloquentia. A præc.

Σπερμολογικὸς, ἡ, ὸν, nugatorius. A

Σπερμολόγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui semina colligit, ut aves; (2) homo vilis, qui in foro semina e saccis profusa instar avium semen legentium colligit, et inde victum sibi parat; (3) garrulus, nugator. *Gl. V.* loquax. A λέγω.

Σπερμονόμος, ὁ, qui semina depascitur, nomen avis, idem cum σπερμολόγος, *Eust.*

Σπερμοφορέω, ῶ, f. ήσω, semen fero, semento. A

Σπερμοφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, semen ferens; (2) fructum ferens. A φέρω.

Σπερμοφυέω, ῶ, fut. ήσω· vide σπερματοφυέω.

Σπερμοφυὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, semine crumpens vel nascens. Ex σπ. et φύω.

Σπερὸς, curvus, *V. L.*

Σπερχθέντες, *irritati*, nom. pl. aor. 1. part. pass. verbi σπέρχω.

Σπερχνὸς, ἡ, ὸν, pro σπερχνὸς, celer, festinus; (2) cum impetu irruens; (3) vehemens, urgens; (4) adsiduus. A

Σπέρχνω, pro σπέρχω, *Erot.*

ΣΠΕ'ΡΧΩ, f. ξω, vehementer cupio seu appeto; (2) urgeo, premo, propello et festinare cogo; (3) festino, propero; et σπέρχομαι, fugor, ira concitor, irascor, succenseo; σπερχθεὶς, iratus, concitatus, a. 1. pass. part. Νῆα κυβερνῆσαι ὅτε τε σπέρχοιεν ἄελλαι, *Od.* 283. Σπερχόμενος δ᾽ ἀπὸ τοῖιν ἐσύλα τεύχεα καλὰ, *Il.* 11, 110.

Σπερῶ, *seminabo*, f. 1. ind. act. verbi σπείρω.

Σπὲς, *dic*, 2. sing. a. 2. imperat. act. *per Paragog.* pro σπὲ, a σπέω, vel σπῶ, *dico.*

Σπέσθαι, *sequi*, præs. inf. med. verbi poetici σπόμαι pro ἕπομαι.

Σπέτε, *dicite*, 2. pl. a. 2. imperat. act. v. σπέω.

Σπευδάζω, fut. άσω, festinare cogo, incito, impello, instigo. A σπεύδω.

Σπεύδοι, *festinet*, 3. sing. præs. opt. act. et

Σπεύδοντι, *festinant*, 3. pl. *Dor.* pro σπεύδȣσι. A

ΣΠΕΥ'ΔΩ, f. εύσω, studeo, valde cupio; (2) festino, propero; σπεῦσον, festina, *Gl. Vet.* σπεύσατε, maturate, *Ph.* aor. 1. imperat. Δύο κακὰ σπεύδεις, acceleras, *Eur. Ph.* 585. Ὑμεῖς δὲ εἰς μὲν τὸ αὐτὸ ἡμῖν σπεύδετε, *Xen.*

Σπεύδωμες, *properemus*, 1. plur. præs. conj. act. *Dor.* pro σπεύδωμεν, a præc.

Σπεύσαντες, nom. pl. aor. 1. part. act.

Σπευστέος, α, ον, properandus. A præc. Unde

Σπευστικὸς, ἡ, ὸν, festinus, qui properare solet.

Σπηλάδιον, ȣ, τὸ, parva spelunca. Dim. a

Σπήλαιον, ȣ, τὸ, spelæum, spelunca. A σπέος. Hinc

Σπηλαιώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, speluncæ formam habens, in modum speluncæ factus.

Σπηλώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, idem et ab eod.

Σπῆλυγξ, υγγος, ἡ, spelunca. Ab eod.

Σπήλωνες, ων, οἱ, lapides prægrandes in itineribus loco pontis projecti. A σπιλάς.

Σπιδιὸς, idem quod

Σπιδὴς, ἑος, ὁ ϗ ἡ, amplus, spissus, longus. A σπίζω.

Σπιδνὸς, ἡ, ὸν, idem, pro σπιδινός. Ab eod.

Σπιδόεις, εσσα, εν, idem quod σπιδιος, *Hes.*

Σπιδόθεν, *adv.* eminus, procul. A σπιδής.

Σπίζα, et σπίζη, ης, ἡ, fringilla. *Angl.* A CHAFFINCH. A σπίζω.

Σπιζίας, ȣ, ὁ, fringillarius. A σπίζα.

Σπιζίτης, ȣ, ὁ, idem et ab eod.

Σπίζιον, Dim. a σπίζη, *Hes.*

Σπιζίτης, αἰγιθαλὸς, cæteris αἰγιθαλοῖς, major, quippe qui σπίζαν magnitudine æquat, *Aristot.*

ΣΠΙ'ΖΩ, extendo, expando; (2) pipio, ut aves.

Σπιθαμαῖος, αία, αῖον, spithamæ seu dodrantis longitudinem æquans, dodrantalis. A

ΣΠΙΘΑΜΗ', ῆς, ἡ, spithama, spatium inter pollicem et minimum digitum expansos; (2) palmus major, dodrans. A σπίζω.

Σπιθαμιαῖος, idem quod σπιθαμαῖος.

Σπιθαμώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, idem et ab eod.

Σπιλάδεσσι, dat. pl. *Poet.* pro σπιλάσι, a σπιλὰς, *procella.*

Σπιλαδώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, saxosus. A

Σπιλὰς, άδος, ἡ, rupes, scopulus maris, cautes, glarea, terra glareosa; (2) procella. Φῶκαι Εἰνάλιαι τίκτȣσιν ἐνὶ σπιλάδεσσιν ἐρήμοις, *Call. in Delum*, 243. (2) Θαλάττῃ προσείκασας ἂν τȣ̀ς ἄνδρας αἰφνιδίῳ σπιλάδι κατασεισθέντας, *Heliod.* 5. A

ΣΠΙ'ΛΟΣ, vel σπίλος, ȣ, ὁ, macula, labes; (2) vitiligo; (3) idem quod σπιλάς.

Σπίλλιον, τὸ, *Æol.* pro ψίλλιον, armilla, *V. L.*

Σπιλόω, ῶ, fut. ώσω, maculo, labem adspergo, fœdo; σπιλȣ̃σιν, infuscant, *Ph.* σπιλωθεὶς, infuscatus, *Ph.* aor. 1. part. pass. Σπιλȣ̃σα ὅλον τὸ σῶμα, *Jac.* 3, 6.

Σπίλωμα, ατος, τὸ, macula et labes adspersa, nævus; (2) locus salebrosus, saxum asperum. A præc.

Σπιλωτὸς, ἡν, ὸν, maculatus. Ab eod.

ΣΠΙ'ΝΔΑΡΙΣ, ιος, ἡ, avis peregrina, avis incendiaria.

Σπινθάρυγες, αἱ, scintillæ, *Ap.* al. σπινθάριγες.

Σπινθάριγγες, item σπινθάριγγες, scintillæ. A

ΣΠΙΝΘΗ'Ρ, ῆρος, ὁ, scintilla; σπινθῆρες, stricturæ, *Gl. V.* Hinc

Σπινθηρίζω, fut. ίσω, scintillo.

Σπίνθιον, τό· vide σπίνος.

Σπινθηροβόλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, scintillas emittens. Ex σπινθὴρ et βάλλω.

Σπινθηρόπομπος, idem. Ex eod. et πέμπω.

Σπίνα, ης, ἡ, fringilla. *Angl.* A SISKIN. A σπίζω.

Σπίνος, ȣ, ὁ, idem et ab eod. Καὶ σπίνος ἠῷ ἀσπίζων, *Aratus*, 1024.

Σπλάγχνα· vide σπλάγχνον. Unde

Σπλαγχνεύω, fut. εύσω, exta in manus sumo et attrecto; (2) extorum et viscerum particeps sum; (3) auguror per exta. Σπλαγχνεύειν ἐπιθυμῶ, *Aristoph. Av.* 990.

Σπλαγχνίδιον, ȣ, τὸ, viscus. A σπλάγχνον.

Σπλαγχνίζω, f. ίσω, sacrifico; σπλαγχνίζομαι, summa misericordia et ex animo moveor. 'Εσπλαγχνίσθη περὶ αὐτῶν, *Matt.* 9, 36. ἐπ᾽ αὐτȣ̀ς, *Ib.* 14, 14. ἐπ᾽ αὐτοῖς, *Marc.* 6, 34. τȣ̃ δȣ́λȣ, *Matt.* 18, 27. Ab eod.

Σπλαγχνικὸς, ἡ, ὸν, ad viscera pertinens.

Σπλαγχνὶς, ίδος, ἡ, cor. Ab eod.

Σπλαγχνισμὸς, ῦ, ὁ, sacrificium; (2) viscera-tio; (3) misericordia. A σπλαγχνίζω.

ΣΠΛΑ'ΓΧΝΟΝ, ȣ, τὸ, viscus; σπλάγχνα, viscera, exta, cor, pulmones; (2) *Hebr.* affectus maternus, commiseratio; amor; (3) animus. Εἴ τις ὑφ' ἥξης σπλάγχνον εὔτονον φέρων, *Eurip. Hipp.* 118.

Σπλαγχνόπτης, ȣ, ὁ, qui exta seu viscera torret. E præc. et ὀπτάω.

Σπλαγχνοσκόπος, ȣ, ὁ, extispex, qui exta seu viscera victimæ cæsæ inspiciens vaticinabatur, *Gl. V.* haruspex, ariolus.

Σπλαγχνοτόμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, viscerum sector, qui viscera victimæ cæsæ cultro aperit. A τέμνω.

Σπλαγχνοφάγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, viscerum vorator; (2) violentus spoliator pauperum.

Σπληδὸς, ῦ, ὁ, cinis, *Nic. Th.* 763.

ΣΠΛΗ'Ν, σπληνὸς, ὁ, splen, lien.

Σπληνιάω, ῶ, splenis dolorem sentio, e splene laboro. A σπλήνιον.

Σπληνικὸς, ἡ, ὸν, lienosus, splenicus. A σπλήν.

Σπλήνιον, τὸ, splenis dolor; (2) splenium: (1) *ap. medicos*, panniculus vel linteolum, quo emplastra vel alia medicamenta imponuntur locis læsis; (2) ineptæ fœminarum deliciæ, *les mouches*; (3) herba, quæ et τεύκριον. A σπλὴν, *Ern.*

Σπληνιόδετος, ον, spleniatus, splenio obvolutus. A præc. et δέω.

Σπληνίσκος, ὁ, Dim. a σπλήνιον, n. 2. *Ern.*

Σπληνῖτις, ιδος, ἡ, splenica. Ab eod.

Σπληνοδάπανος, ον, splenem consumens et minuens, *Steph.*

Σπληνώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, lienosus, splenicus.

Σπογγάριον, ȣ, τὸ. Dim. a σπόγγος.

Σπογγεὺς, έως, ὁ, spongiarius, qui spongias quærit et secat. A σπόγγος.

Σπογγία, ας, ἡ, spongia. Ab eod.

Σπογγίζω, f. ίσω, spongia detergo. Μὴ φροντίσῃς· ἕτερος γὰρ αὐτὰ σπογγιεῖ, *Arist. Thesm.* 254. Ab eod.

Σπόγγιον, τὸ, Dim. a σπόγγος, *Ar.*

Σπόγγισμα, τὸ, purgamentum, sordes spongia detersæ, *Eust.*

Σπογγίτης λίθος, spongites, *Plin.* 37, 10.

Σπογγοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, spongiæ similis. Ex σπόγγος et εἶδος.

Σπογγοθήρας, ȣ, ὁ, qui spongias venatur. Ex eod. et θήρα.

Σπογγοκολυμβητὴς, ῦ, ὁ, qui aquas subit, ut spongias petris adnascentes avellat et colligat.

Σπογγολογέω, spongias colligo, v. gr. micas in mensa detergendi causa. A seq. et λέγω.

ΣΠΟ'ΓΓΟΣ, ȣ, ὁ, spongia, *Ph.* peniculus, *Gl. V. Angl.* SPONGE. σπόγγοι, tonsillæ, *Il.* 18, 414.

Σπογγοτήρης, ȣ, ὁ, observator spongiarum. E præc. et τηρέω. Vide σπογγοθήρας.

Σπογγοτόμος, ὁ, qui spongias secat, *Æsch. Sch.*

Σποδεύναν, acc. sing. *Dor.* pro σποδεύνην, a

Σποδεύνης, ȣ, ὁ, qui in cinere jacet ac dormit. Ex σποδὸς et εὐνή.

Σποδέω, ῶ, fut. ήσω, ferventi cinere obruo; (2) altaria purgo cinerem detergendo; (3) cinere adspergo; (4) ferio, cædo, percutio, tanquam pulverem excussurus; (5) coeo. A σποδός.

Σποδησιλαύρα, ας, ἡ, meretrix publica. E præc. et λαύρα, *vicus, platea.*

Σποδιὰ, ᾶς, ἡ, cinis, cinerum acervus.

Σποδίζω, f. ίσω, sub cinere coquo, cinere obrutum asso vel torreo; (2) comburo velut in cinere; (3) in cinereum colorem vergo; (4) coeo. Ἡ με κεραυνῷ διατινθαλέῳ σποδίσον ταχέως, *Aristoph. Av.* 328. A σποδός.

Σπόδιον, ȣ, τὸ, cinerula; (2) recrementum metallorum ustorum. Ab eod.

Σπόδιος, ία, ιον, cinereus. Ab eod.

Σποδίτης, ȣ, ὁ· ut σποδίτης ἄρτος, panis subcineritius, sub cinere coctus. Ab eod.

Σποδοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, visu cinereus, seu cineris speciem gerens. E seq. et εἶδος.

ΣΠΟΔΟ'Σ, ῦ, ἡ, cinis. Hinc

Σποδόω, ῶ, f. ώσω, in cinerem redigo, in nihilum redigo; (2) cinere inspergo; (3) obruo tanquam cincre. (3) πυκνῇ δὲ νιφάδι πάντοθεν σποδούμενος, *Eurip. Andr.* 1130. Σποδούμενος μὲν πρὸς πέτρας φίλον κάρα, *Id. Hipp.* 1238.

ΣΠΟΛΑ'Σ, άδος, ἡ, vestis coriacea, *Vox Æol.* pellis, vestis e pelle, sagum. Καταστίκτȣ κυνὸς σπολὰς Λίβυσσα, *Soph. Fragm. ex Aj. Locr.* Οὗτος, σὺ μέν τοι σπολάδα καὶ χιτῶν' ἔχεις, *Aristoph. Av.* 933.

Σπόλια, ων, τὰ, lanæ, quæ ex ovium cruribus avelluntur, *Hes.* Vox Lat. σπόλια, *Voss.*

Σπόμενοι, *sequentes*, nom. plur. præs. part. med. verbi σπόμαι pro ἕπομαι, *sequor.*

Σπονδάζομαι, propitium reddo. A σπονδή.

Σπονδαικὸς, ἡ, ον, spondaicus, ex spondaicis constans.

Σπονδαϊκῶς, *adv.* per spondæos.

Σπονδεῖον, ȣ, τὸ, vas quo vinum libant in sacrificiis et conviviis. A σπονδή. Unde

Σπονδεῖος, εία, εῖον, qui libationibus adhiberi solet; *item*, epith. Jovis, qui fœderibus præest, tanquam vindex et defensor; σπονδεῖος πȣ̃ς, pes ex duabus syllabis longis constans, et in carminibus cantatis in libationibus olim adhiberi solitus.

Σπονδὴ, ῆς, ἡ, libatio, libamen, libamentum, *i. e.* vinum quod libatur; (2) fœdus, induciæ libatione sancitæ. A σπένδω.

Σπονδήκροτος, ον, libationi serviens, v. gr. patera.

Σπονδήσιμος, ον, ad libandum necessarius vel utilis. A σπονδή.

Σπονδήτης, ȣ, ὁ, idem quod σπονδεῖος.

Σπονδῆτις, vel σπονδῖτις, ἡ, libatoria, libationi serviens.

Σπονδιακὸν, sc. κολλύριον, a cinereo colore, *Gorr.*

Σπονδιὰς, άδος, ἡ, silvestris prunus, al. σπόνδιας, *Ath.*

Σπόνδικες, οἱ, qui vinum pateris libant. A σπονδὴ, *Hes.*

Σπονδοποιέομαι, ȣ̃μαι, f. ήσομαι, libo sacrum laticem; (2) fœdus et inducias facio.

Σπονδοφορέω, fecialis munere fungor.

Σπονδοφόρος, *plur.* σπονδοφόροι, feciales, *Gl. V. Ph.* Ex σπονδὴ et φέρω.

Σπονδύλη· vid. σφονδύλη.

Σπονδύλιον, ȣ, τὸ, vertebra, verticillus; *item* nomen herbæ, quæ et σφονδύλιον, Dim. a

ΣΠΟ'ΝΔΥΛΟΣ, ȣ, ὁ, spondylus, vertebra, spinæ dorsi, verticillum; (2) sculptura vertebrata; (3) verticillus, cui immittitur ima pars fusi; (4) caput cinaræ.

Σπορὰ, ᾶς, ἡ, satio, satus, semen; *metaph.* genus, proles, soboles, fœtus, semen genitale. A σπείρω.

Σποράδην, sparsim, palatim. A σποράς.

Σποράδης, ες, idem quod

Σποραδικὸς, ἡ, ὸν, palans, vagans, vagabundus. A

Σποράς, άδος, ὁ ϗ ἡ, sparsus, dispersus, qui dissipatus huc illuc vagatur; (2) passim grassans, *de morbis.* A σπορά.

Σπορεὺς, έως, ὁ, sator, seminator. Ab eod.

Σπορευτὴς, ȣ̃, ὁ, idem. A

Σπορεύω, fut. εύσω, sero, semino. A σπείρω.

Σπορητὸς, ἡ, ὸν, satio, satus; (2) *subst.* tempus serendi. A σπόρος. Unde

Σπόριμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui seminari solet; sativus, sementitius, *Gl. V.* σπόριμα, sationes, sata, *Ph.* segetes, *Gl. V.* σπορίμη γῆ, arvum, sativa terra, *Gl. V.*

Σπόρος, ȣ, ὁ, satio, seminatio, semen, sementis, *Ph.* A σπείρω.

Σπόρω, gen. sing. *Dor.* σπόρȣ, a præc.

Σπȣ̃, *sequere*, 2. sing. præs. imperat. med. *Att.* et *Ion.* pro σπέσω, a σπόμαι pro ἕπομαι.

Σπȣδάζω, f. άσω, festino, propero; (2) studeo; operam do, affecto, *Gl. V.* σπȣδάζει, curat, *Ph.* (3) notent tyrones cum præp. περὶ, significare studium pertinens ad utilitatem nostram, cum πρὸς ad alienam; (4) serio ago, loquor; σπȣδάζομαι, color, æstimor; color, diligor; ἐσπȣδασμένος, properatus, perf. pass. part. Περὶ χρήματα σπȣδάζειν, *Plat.* πρὸς χρημάτων κτῆσιν, *Dem.* Πέλας γὰρ πᾶν ὅ,τι σπȣδάζεται, *Eur. Supp.* 762. Τὴν Ἀσπασίαν ὑπὸ τȣ̃ Περικλέȣς σπȣδασθῆναι λέγȣσιν, *Plut.* A

Σπȣδαιολογέω, de rebus gravibus loquor; (2) gravi et serio sermone utor. Ex λόγος.

Σπȣδαῖος, αία, αῖον, studiosus, sedulus, industrius, officiosus, serius, *Ph.* item bonus, probatus, laudatus. Οὐ σπȣδαῖον εἰς ὄψιν, adspectu non æstimandum, *Soph. Œd. Col.* 577. A σπȣδή. Hinc

Σπȣδαιότατα, *adv.* accuratissime, magnopere.

Σπȣδαιότερον, festinantius, properantius.

Σπȣδαιοτέρως, *adv.* studiosius, diligentius.

Σπȣδαιότης, ητος, ἡ, idem quod σπȣδή.

Σπȣδαίως, *adv.* studiose, sedulo, enixe, naviter, strenue.

Σπȣδαρχέω, ῶ, f. ήσω, magistratibus gerendis studeo, magistratum ambio. A

Σπȣδάρχης, ȣ, ὁ, magistratus ambiens, magistratui gerendo studens. Εἰ ἀνδράσιν ἐκκεκαθαρμένοις τὰς ψυχὰς, ὥσπερ ὑμῖν, ὁ ἀνδρῶν κεκοσμημένος εἴη μᾶλλον, ἢ εἰ ϛρατηγοῖς, καὶ ἱππάρχαις, καὶ σπȣδάρχαις, *Xen. Symp.* 1, 4. Ex ἀρχή. Hinc

Σπȣδαρχία, ας, ἡ, ambitio. A σπȣδαρχιάω.

Σπȣδαρχίας, ὁ, idem quod σπȣδάρχης, *Hes.*

Σπȣδαρχιάω, ῶ, magistratus ambio, *impr.* malis artibus.

Σπȣδαρχίδης, ȣ, ὁ, idem quod σπȣδάρχης, forma patronymica fictum *ab Aristoph.*

Σπȣδάσμα, ατος, τὸ, res studiose elaborata, res cui studetur. A σπȣδάζω.

Σπȣδαϛέον, studendum et enitendum est, *Synes.*

Σπȣδαϛὴς, ȣ̃, ὁ, qui alicui studet, fautor.

Σπȣδαϛικὸς, ἡ, ὸν, diligens, strenuam operam navans; (2) seriis gaudens. A præc.

Σπȣδὴ, ῆς, ἡ, *proprie* festinatio; (2) *deinde* sedulitas, ardor; (3) studium, instantia, industria, solertia, *Ph. item* studium partium, factio, *Gl. V.* (4) scholæ, sive munus atque exercitatio scholarum, disputatio. (2) μὴ θανεῖν σπȣδὴν ἔχων, operam navans ne moreris, *Eurip. Orest.* 1056. (4) μεσημβρία δὲ ὡς ἐγένετο, διέλυσαν τὴν σπȣδὴν, disputationem abruperunt, *Philostr. Vit. Apoll.* 6, 14. A σπεύδω.

Σπȣδῇ, *dat. adv.* festinanter, propere; (2) studiose, summa diligentia, enixe, magno labore; (3) ægre, vix, serio, *Il.* 5, 893.

Σπȣδογέλοιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, in seriis jocans, qui seria jocosis miscet.

Σπȣ̃σμα, pro σπȣ́δασμα, *Hes.*

Σπυραθία, ας, ἡ, caprarum stercus, fimus caprinus. A

Σπύραθος, ȣ, ὁ vel ἡ, idem; (2) pillula sive bacca caprini stercoris; (3) stercus ovillum. Hinc

Σπυραθώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, similis stercori caprarum.

Σπυρὰς, άδος, ἡ, pillula seu globulus stercoris caprini; (2) pillula.

Σπυρίδιον, ȣ, τὸ, sportula, corbula. *Gl. V.* sportella. Dim. a

ΣΠΥΡΙ'Σ, ίδος, ἡ, sporta, corbis, fiscella, calathus vimineus, vas junceum.

Σταγδὴν, *adv.* guttatim, stillatim, *Aret.* A

Στάγιον, ȣ, τὸ, nota scnarii, ϛ, *R.*

Στάγη, ἡ, capsa, seu arca panaria, *Hes.*

Στάγμα, ατος, τὸ, gutta, stilla, liquor, qui stillatur. *Ph.* liquamen. A ϛάζω.

Σταγονίας, ȣ, ὁ, stillans, stillatim manans. A

Σταγὼν, όνος, ἡ, stilla, gutta; (2) ferrum defæcatum. A ϛάζω.

Σταγόνιον, τὸ, guttula, *Steph.*

Σταδαῖος, αία, αῖον, stans, erectus. A

Στάδην, *adv.* stando, statim. Ab ἵϛημι.

Σταδιάζω, pro ϛασιάζω, *V. L.*

Σταδιαῖος, αία, αῖον, stabilis, statarius; (2) stadii mensuram æquans. A ϛάδιον.

Σταδιάρχης, ὁ, stadio seu curriculo præfectus, *Poll.*

Σταδίας, ȣ, ὁ, qui stadium currit, qui stadio certat. A ϛάδιον.

Σταδιασμὸς, ȣ̃, ὁ, stadiorum dimensio, dimensio terræ per stadia; quasi a ϛαδιάζω.

Σταδιεὺς, έως, ὁ, stadio certans. A ϛάδιον.

Σταδίη, sc. μάχη, stataria pugna, *Hom.*

Σταδιοδρομέω, cursu seu stadio contendo. Οἱ ἐγὼ ςαδιοδραμοῦμαι ςῖρον εἰς Ἡρακλέος, *Eur. Her. Fur.* 866. A

Σταδιοδρόμος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui stadium decurrit.

Στάδιον, ου, τὸ, stadium, spatium pedum sexcentorum, seu pass. 125; (2) curriculum, quod stadium æquat. *Gl. V.* stadium, curriculum. Ab ἵςαμαι.

Στάδιος, ία, ιον, stabilis, statarius, firmus, bene compactus, longus et rectus, pondere demensus, appensus; cum est epith. vestis, talaris, non succincta; vid. ςάτος, quæ et ὀρθοςάδιος, *subst.* stadium. Ab eod.

Σταδισμὸς, οῦ, ὁ, idem quod ςαδιασμός.

ΣΤΑ'ΖΩ, fut. ξω, stillo, *transitive et neutraliter.* Αἷμα δ' ἐξ ἄκρου ἵςαζε κρατός, *Eur. Med.* 102. Στάζει γὰρ αὖ μοι φοίνιον τόδ' ἐν βυθοῦ κηκῖον αἷμα, *Soph. Phil.* 781. Ἀπ' ὀμμάτων ἔςαξα, *Eur. Her. Fur.* 1360. (Θέτις) νέκταρ ἐρυθρὸν ςάξε κατὰ ῥινῶν, *Il.* 19, 39.

Σταθεὶς, a. 1. part. pass. verbi ἵςημι, pro ςάω, sisto.

Στάθεν, *steterunt*, 3. plur. a. 1. ind. pass. *Ion.* et *Bœot.* pro ἐςάθησαν, a verbo eod.

Σταθερὸς, ρὰ, ρὸν, stabilis, firmus, constans; (2) de die est meridianus. Ab ἵςαμαι, *sto.* Hinc

Σταθερότης, ητος, ἡ, constantia, stabilitas.

Σταθευτὸς, ἡ, ὸν, adustus, calefactus. Σταθευτὸς ἡλίου φλογὶ, *Æschyl. Prom.* 22. A

Σταθεύω, f. εύσω, foveo, calefacio; (2) torreo, lento igne asso. Οὐκ οἶδας εἰ τῆνδ' ὡς ἔχω τῇ λαμπάδι ςαθεύσω, *Arist. Lys.* 378. Σταθεύω τὰ Σταρχία, *Aristot.* Ab ἵςημι.

Σταθῇ, 3. sing. aor. 1. conj. pass. verbi ἵςημι.

Σταθηρὸς, ρὰ, ρὸν, idem quod ςαθερός. Μεσημβρίας οὔσης ςαθηρᾶς, *Alciphr.* 3, 12.

Σταθηρότης, ητος, ἡ, stabilitas, firmitas, constantia. A præc.

Στᾶθι, 2. sing. aor. 2. imperat. act. *Dor.* pro ςῆθι, ab ἵςημι.

Σταθμάω, ῶ, et usitatius ςαθμάομαι, ῶμαι, ad amussim exigo, pondero, libro, æstimo, perpendo; (2) conjecturam facio, argumentum duco, pensito, expendo, *Gl. V.* Τούτων δὲ τί, ἔφη, ςαθμᾷ, ὦ Σώκρατης, ὧν ὅδε λέγει; *Plat.* Σταθμώμενον μικρῷ λόγῳ τὰ μεγάλα, *Id.* A ςάθμη.

Σταθμεύμενον, acc. sing. part. præs. med. *Dor.* pro ςαθμώμενον, a ςαθμάομαι, *conjicio.*

Σταθμεύω, fut. εύσω, stabulor, stativa habeo, diversor. A ςαθμός.

Στάθμη, ης, ἡ, amussis, regula, perpendiculum, *Il.* 15, 410. Ab ἵςημι.

Στάθμησις, εως, ἡ, ponderatio, æquamentum, *Gl. V.* A ςαθμάω.

Σταθμητέα, perpendenda, *Ph.* Ab eod.

Σταθμητὸς, οῦ, ὁ, ad amussim exactus:

Σταθμητικὸς, ἡ, ὸν, ad librandum pertinens; λέξις ςαθμητικὴ, verbum dici solitum de librando. Ab eod.

Σταθμίδες, αἱ, ligna in navi quibus tabulæ super imponuntur, *Eust.*

Σταθμίδιον, τὸ, idem quod ςάθμιον.

Σταθμίζω, fut. ίσω, pondero, appendo, perpendo, libro, pensito, trutino, *Ph.* ςαθμισθείσας, perpensas, aor. 1. part. pass. A ςαθμός

Στάθμιον, ου, τὸ, statera, libra. *Ph.* libella; (2) pondus; ςάθμια, pondera, *Ph.* Dim. ab eod.

Σταθμιςὴς, οῦ, ὁ, ponderator, *Ph.* A ςαθμίζω.

Σταθμοδότης, ου, ὁ, qui mansiones distribuit et cuique adsignat, qui hospitia in comitatu principum distribuit.

Σταθμόνδε, *adv.* ad caulam. A ςαθμός.

Σταθμόομαι, οῦμαι vid. ςαθμάομαι. Σταθμώμενος τοῖς λεγομένοις, *Herodot.*

Σταθμὸς, οῦ, ὁ, stabulum, caula; (2) statio, mansio, stativa, ubi subsistunt qui iter faciunt; (3) postis; (4) statera, libra, pondus; (5) dicitur et de magnis locorum intervallis. Ex ἵςημι.

Σταθμοῦχος, ου, ὁ, qui habet stationes; hospes, apud quem aliquis diversari potest. *Ph.* cœnacularius; item ςαθμοῦχος, libripens, *Gl. V.* Ex ςαθμὸς et ἔχω.

Σταθμώδης, ες, gravis, atque e gravitate subsidens. A ςάθμη.

Σταῖμεν, *constiterimus*, 1. pl. a. 2. opt. act. *per Syncop.* pro ςταίημεν, ab ἵςημι.

ΣΤΑΙ'Σ, vel ςαὶς, ςαιτὸς, τὸ, farina triticea aqua subacta; (2) adeps, pinguedo.

Σταίτινος, ίνη, ινον, vel ςαίτινος, ου, ὁ καὶ ἡ, confectus ex farina triticea. A præc.

Σταιτίτης, ου, ὁ, ut ςαιτίτης πλακοῦς, placenta ex farina triticea. Ab eod.

Σταιτώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, plurimum ςαιτὸς admixtum habens. Ab eod.

Στακτὴ, ῆς, ἡ, stacte, uuguenti seu balsami genus.

Στακτικὸς, οῦ, ὁ, idem quod

Στακτὸς, ἡ, ὸν, stillatus, stillatitius, liquidus; (2) colatus; ςακτὴ, gutta, *Gl. V.* A ςάζω.

Στακτὶς, ἡ, atramenti sutorii species, al. ςαλακτὶς, *Gorr.*

Σταλαγέω, idem quod ςαλάζω, *Sibyl.*

Στάλαγμα, ατος, τὸ, gutta, stilla. A ςαλάζω.

Σταλαγμίας, ου, ὁ, de chalcantho seu atramento sutorio. A

Σταλαγμὸς, οῦ, ὁ, destillatio; (2) gutta, stilla; *metaph.* homo parvæ staturæ.

Σταλάζω, fut. άσω, stillo. Πλείων δὲ τοῖς ὁρῶσιν ἐςάλαξ' ἱδρὼς, *Eur. Ph.* 1397. A ςαλάω.

Σταλακτικὸς, ἡ, ὸν, stillans. A ςαλάζω.

Σταλακτὶς, ίδος, ἡ, stillatitia; (2) genus atramenti sutorii. Ab eod.

Σταλακτὸς, ἡ, ὸν, stillans. Ab eod.

Στάλαν, *columnam*, acc. sing. *Dor.* pro ςήλην, a ςήλη.

Σταλάσσω, vel -άττω, fut. άξω, stillo. A

Σταλάω, ῶ, idem. Οἷον τι ςαλάον ψοφέει ἐπὶ ὕδατι ὕδωρ, *Aratus*, 962. A ςάζω.

Σταλῆναι, *missum esse*, a. 2. inf. pass. v. ςέλλω.

Σταλίδωμα, τὸ, plaga. A ςαλίς.

Στάλικες, αἱ, plagæ, amites, *Ph.* paxilli sive surculæ, quibus attolluntur et sustinentur retia, *Plut.* Ab ἵςημι.

Σταλὶς, ίδος, ἡ, idem, *Ern.*

Σταλουργὸς τάφος, sepulchrum in quo exstructa est columna. A ςάλα pro ςήλη, et ἔργον.

Σταλτέος, α, ον, contrahendus, cumponendus, mittendus, &c. A ςέλλω.

Σταλτικὸς, ἡ, ὸν, qui vim habet contrahendi, cui vis inest reprimendi vel adstringendi. Ab eod.

Στάμεν, *stetisse*, aor. 2. inf. act. *Ion.* pro ςῆναι, ab ἵςημι.

Σταμὶν, ῖνος, ἡ, lignum in navi erectum, statumen, *Od* 5, 252. Ab eod.

Σταμνάριον, ου, τὸ, parvum vas fictile ad vina condienda; urceolus. Dim. a ςάμνος.

Σταμνίον, ου, τὸ, idem et ab eod.

Σταμνίσκος, ου, ὁ, urceus, urceolus, *Gl. V.* A

ΣΤΑ'ΜΝΟΣ, ου, ὁ vel ἡ, urna, amphora fictilis vinaria; urceus.

Στὰν, *steterunt*, 3. pl. a. 2. ind. act. *Ion.* pro ἔςαν, et hoc *Bœot.* pro ἔςησαν, ab ἵςημι.

Σταξ, ςαγὸς, ἡ, gutta. A ςάζω.

Στάξαν, *stillaverunt*, 3. pl. a. 1. ind. act. *Ion.* pro ἔςαξαν, a ςάζω.

Σταξεῦμες, *stillabimus*, 1. pl. f. 1. ind. *Dor.* et *Æol.* pro ςάξομεν. Ab eod. verbo.

Στάξις, εως, ἡ, stillatio sanguinis e naribus. A ςάζω.

Στάξοισιν, *stillabunt*, 3. pl. f. 1. ind. act. *Æol.* et cum ν, pro ςάξουσι. Ab eod.

Σταότα, nom. vel acc. pl. n. g. part. perf. pass. *Ion.* et *Att.* pro ἑςακότα, ab ἵςημι.

Στὰς, *qui stetit*, a. 2. part. act. verbi ejusd.

Σταςάνη, ἡ, pignus, hypotheca, *Hes.* A ςάσις.

Στάςῃ, 2. sing. a. 1. conj. med. *Dor.* pro ςήσῃ, a verbo ἵςημι, *sisto.*

Στασιάζω, f. άσω, seditionem excito; (2) factionibus contendo, dissideo seditione; (3) contendo, certo; (4) insurgo. Τοῖς τ' ἐχθροῖσι μεθ' ἡμῶν ςασιάζει, *Aristoph. Eq.* 387. Ἐςασίαζον πρὸς αὐτοὺς περὶ τῶν ὄντων, *Luc.* A ςάσις.

Στασιάρχης, et ςασίαρχος, ου, ὁ, princeps, caput, auctor seditionis.

Στασιασμὸς, οῦ, ὁ, seditio, seditionis concitatio. A ςασιάζω. Unde

Στασιαςὴς, οῦ, ὁ, seditiosus, factiosus.

Στασιαςικὸς, ἡ, ὸν, ad seditionem commovendam aptus, seditiosus. A præc.

Στασιαςικῶς, *adv.* seditiose, factiose.

Στάσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, stativus, stabilis, firmus; (2) constans; (3) quietus, sedatus; (4) appensus; (5) de pecunia sub usura sumta vel data, quia ςήσασθαι est pro δανείσασθαι (6) de carmine quod sine saltatione in scena canitur. A ςάσις.

Στασίμως, *adv.* firme, constanter.

Στασιοποιέω, discordiam moveo.

Στασίωρον, τὸ, montana statio, *Eur.*

Στάσις, εως, ἡ, status, statio, ipsa actio standi, collocatio, quies, locus in quo consistitur; (2) seditio, factio, (proprie ςάσις hoc sensu est coitio factiosorum in locum aliquem publicum, ubi συνίςανται, consistunt et consilia inter se conferunt; *statio*, h. e. consistentia); (3) ventus vehementior; (4) agger; (5) appensio. Ὡς αὕτη 'ςι λοιπὰ σφῷν ςάσις, nam hæc ultima est appensio, *Aristoph. Ran.* 1401. Στάσις λόγου, status sermonis, *periphrastice pro* sermo. Εἰς λόγου ςάσιν τοιάνδ' ἐπελθὼν, *Soph. Trach.* 1179. Ab ἵςημι.

Στασιώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, seditiosus. A ςάσις.

Στασίωρος, caula montana, *Eur. Cyc.* 54.

Στασιωτεία, ας, ἡ, status seditiosus, factio. A

Στασιώτης, ου, ὁ, qui factionis alicujus est; (2) philosophus, qui motum negat, *Aristot. apud Sext. Empiricum.* A ςάσις. Hinc

Στασιωτικὸς, ἡ, ὸν, factiosus, seditiosus.

Στασιωτικῶς, *adv.* seditiuse.

Στάσκω, stu. Ut hinc sit ςάσκεν, stabat, *apud Il.* 3, 217. imperf. *Ion.* quasi a ςάω.

Στάσομαι, *stabo*, f. 1. ind. med. *Dor.* pro ςήσομαι, ab ἵςημι.

Στάσω, f. 1. ind. act. *Dor.* pro ςήσω, a verbo eod.

Στατέον, *adv. posit.* statuere oportet. Ab eod.

Στάτευσις, εως, ἡ, calefactio, tostio. A

Στατεύω, foveo, calefacio, torreo, asso, et quidem *proprie* igne lento Al. ςαθεύω.

Στατὴρ, ῆρος, ὁ, stater, moneta, seu pondus quatuor drachmarum; stater aureus erat viginti ad viginti octo drachmarum. Ab ἵςημι.

Στατηρίδιος, ου, ὁ καὶ ἡ, staterem valens, qui stateris pretio æstimatur. A præc.

Στατηρὸς, ρὰ, ρὸν, stabilis, firmus. Ab ἵςημι.

Στατίζω, fut ίσω, sisto; (2) *pass.* sto, consisto, stabulor. Οὐ μὰν οὐδὲ τίς ἀμφιπόλων ςατίζετ' ἀμφὶ πύλας, *Eurip. Alc.* 89. Πρὸς δ' ἕδρας Ἀσιήτιδας δμωαὶ ςατίζονθ', *Id. El.* 318. Ab eod.

Στατικὸς, ἡ, ὸν, sistendi vim habens. Hinc ἡ ςατικὴ, ῆς, statice, herba sistendi alvum vim habens; sed ἡ ςατικὴ, sc. ἐπιςήμη, statica, scientia ponderum. Ab eod.

Στατικῶς, *adv.* cum vi sistendi.

Στατὸς, ἡ, ὸν, qui stetit aut stat; (2) stabilis, constans, firmus; (3) cum est epith. tunicæ, significat talarem et non succinctam, quæ et ςαδία dicitur.

Σταυρηδὸν, *adv.* modo crucis. A ςαυρός.

Σταυροειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, crucis formam habens, cruci similis. Ex ςαυρὸς et εἶδος.

Σταυροειδῶς, *adv.* in formam crucis. A præc.

ΣΤΑΥΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, vallus, palus ligneus acutus et erectus, crux, *Il.* 24, 453.

Σταυρότυπος, ου, ὁ καὶ ἡ, crucis typum gerens, crucis habens formam.

Σταυροτύπως, *adv.* in formam crucis.

Σταυροφάνεια, ας, ἡ, crucis inventio. Ex φαίνομαι.

Σταυροφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, crucifer. A φέρω.

Σταυρόω, ῶ, fut. ώσω, vallum seu palum figo; (2) palo seu cruci adfigo, in crucem ago; ἐςαυρωμένος, crucifixus, perf. pass. part. Ἵνα ςαυρώσωσιν αὐτὸν, *Marc.* 15, 20. Δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐςαύρωται, *Gal.* 6, 14. Μὴ Παῦλος ἐςαυρώθη ὑπὲρ ὑμῶν, 1 *Cor.* 1, 13. A ςαυρός. Hinc

Σταύρωμα, ατος, τὸ, valli seu pali in terram fixi, munimentum ex vallis seu palis.

Σταυ-

Σταυρώσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, ad crucifixionem pertinens. A

Σταύρωσις, εως, ἡ, palorum seu stipitum defixio; (2) crucifixio. A σταυρόω.

Σταυρωτὴρ, ῆρος, ὁ· vide σαυρωτήρ· σαυρωτῆρες, spicula. Ab eod.

Σταυρωτὴς, οῦ, ὁ, qui vallos seu palos depangit; (2) qui cruci adfigit. Ab eod.

Σταφιδευταῖος, α, ον, qui fit e defruto.

Σταφίδιον, τὸ, Dim. a σταφίς.

Σταφιδίτης, ου, ὁ· ut σταφιδίτης οἶνος, sapa. Gl. V. vinum ex uvis passis, defrutum. A

ΣΤΑΦΙ'Σ, ίδος, ἡ, uva passa.

Σταφυλάγρα, ἡ, instrumentum chirurgicum, volsella (seu forceps) qua uvula comprehenditur. A seq. et ἄγρα.

Σταφυλὴ, ῆς, ἡ, uva; (2) adfectio uvulæ seu curculionis, quum is per fluxionem laxior reddita superna sui parte tenuis est, inferna autem crassior et lividus, Ph. σταφυλὴ ἀνθρώπου, uva, columella. A σταφίς.

Σταφύλη, ης, ἡ, perpendiculum seu libella fabrilis; (2) funiculus rubrica illitus, quo fabri utuntur ad lineam rectam in ligno exprimendam, Il. 2, 765. al. διαβήτης, στάθμη. Hinc

Σταφυλίζω, ad perpendiculum exigo. A pr.

Σταφυλῖνος, ου, ὁ καὶ ἡ, pastinaca, Plin. 19, 327. Angl. PARSNIP. Ab eod.

Σταφύλινος, uvcus, Gl. V. A σταφυλή.

Σταφύλιον, τὸ, Dim. a σταφυλή.

Σταφυλὶς, ίδος, ἡ, uva, racemus. Gl. V. uva passa. Ab eod.

Σταφυλοβολεῖον, ου, τὸ, locus ubi uvæ calcantur, vel etiam reconduntur. Ex βάλλω.

Σταφυλοβόλιον, ου, τὸ, idem et ab eod.

Σταφυλόδενδρον, τὸ, vitis in modum arboris alta.

Σταφυλόδρομοι, οἱ, qui instigabant vindemiatores.

Σταφυλοκλοπίδης, ου, ὁ, uvarum fur. Ex κλέπτω.

Σταφυλοτομία, ας, ἡ, uvæ sectio. Ex τέμνω.

Σταφυλοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, uviger, uvas ferens. Ex φέρω.

Σταφύλωμα, ατος, τὸ, vitium oculi, cum humor aqueus e plaga corneæ illata fluit, et simul prolabitur tunica uvea, quia existit species et similitudo acini. A σταφυλή.

Σταχάνη, ης, ἡ, trutina. Ab ἵστημι.

Σταχυηκομέω, σταχυηκομόω, spicas fero, alo. Πάντῃ δ' εἰσέτι νῦν σταχυηκομέουσιν ἄρουραι, Opp. Cyneget. 11, 150.

Σταχυηλόγος, ὁ καὶ ἡ, metens. A λέγω.

Σταχυηρὸς, ρὰ, ρὸν, spicatus, spicam ferens. A στάχυς.

Σταχυητόμος, ὁ καὶ ἡ, secans spicas; epith. falcis messoriæ. A τέμνω.

Σταχυηφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, spicas ferens.

Σταχύϊνος, spiceus, Gl. V. A στάχυς.

Σταχυοβολέω, spicas emitto, protrudo aristas. A βολέω, pro βάλλω.

Σταχυολογέω, ῶ, fut. ήσω, spicas lego seu colligo.

Σταχυολογία, ας, ἡ, spicilegium. A

Σταχυολόγος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui spicas legit seu colligit. Ex στάχυς et λέγω.

Σταχυόομαι, οῦμαι, fut. ώσομαι, spicor, spicas protrudo. A στάχυς.

Σταχυοπλόκαμος, ὁ καὶ ἡ, spicis, i. e. corona spicea coronata; epith. Cereris.

Σταχυοστέφανος, ου, ὁ καὶ ἡ, spicea corona redimitus.

Σταχυοτρόφος, ον, spicas alens, epith. Cereris. A τρέφω.

Σταχυοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, spicifer, spicifera, Gl. V. Ex seq. et φέρω.

ΣΤΑ'ΧΥΣ, υος, ὁ, spica, arista, culmus, Ph. (2) herba quædam.

Σταχυώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, spicatus, spicam ferens. A præc.

ΣΤΕ'ΑΡ, ατος, τὸ, sevum, sebum, adeps, axungia; (2) farina aqua subacta addito fermento, fermentum.

Στεάτινος, ίνη, ινον, adipalis. A στέαρ.

Στεάτιον, ου, τὸ, aliquantulum sevi seu sebi; (2) aliquantulum fermenti. Dim. a στέαρ.

Στεατόω, ῶ, fut. ώσω, in sebum seu sevum, vel etiam adipem converto; pinguem, obesum reddo.

Στεατώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, sebum seu sevum odore vel colore referens. Gl. V. adipatus. Ab eod.

Στεάτωμα, ατος, τὸ, tumor præter naturam adipem intra se membrana conclusam habens; abscessus. A στεατόω.

Στεγάζω, f. άσω, tego, operio, occulto. Στεγάζειν ὕπνον, capere somnum, Soph. Elect. 780. A στέγω.

Στεγανογραφία, ας, ἡ, occulta scriptura, occulte seu notis vel characteribus, aliove modo, quem alius non intelligat, scribendi ratio. A

Στεγανογράφος, ου, ὁ καὶ ἡ, peculiari et aliis non intelligendo modo scribens. Ex στεγανὸς et γράφω.

Στεγανόμιον, ου, τὸ, merces quæ datur pro hospitio. A

Στεγανόμος, ου, ὁ καὶ ἡ, caupo, paterfamilias, materfamilias. Ex στεγανὸς et νέμω.

Στεγανόπους, οδος, ὁ καὶ ἡ, planipes, latipes, palmipes; opp. σχιζόπους.

Στεγανὸς, ἡ, ὸν, tectus, opertus; (2) qui secreta in pectore clausa retinet, tacitus; (3) densus, durus, firmus. Hinc τὰ στεγανὰ, ῶν, tecta. A στέγω.

Στεγανῶς, adv. arcte, stricte, ita ut nihil effluat, Il. 1, 482. A præc.

Στεγανώματα, τὰ, nexus et vincula quæ parietes continent, ne collabantur, Hes.

Στέγαρχος, ου, ὁ, qui tecto sive domui præest, præfectus ædium.

Στεγάρχων, idem.

Στέγασις, εως, ἡ, tignatio, Gl. V.

Στέγασμα, ατος, τὸ, tegmen, operimentum. A στεγάζω.

Στεγαστὴς, οῦ, ὁ, tector tignarius, Gl. V. Ab eod.

Στεγαστὸς, ἡ, ὸν, tectus, opertus. Ab eod.

Στεγαστρὶς, ίδος, ἡ, idem quod

Στέγαστρον, ου, τὸ, quo tegere aliquid possumus, tegmen, tegmentum, integumentum. Ph. segestrum. A στεγάζω.

Στέγη, ης, ἡ, tectum; (2) ædificium contignatum et tectum, domus; (3) lupanar, vel cella meretricis; (4) antrum. A στέγω.

Στεγνὸς, ἡ, ὸν, per Sync. pro στεγανός.

Στεγνότης, ητος, ἡ, adstrictio. A præc.

Στεγνόω, ῶ, f. ώσω, tego; (2) adstringo. Πώμασι στεγνοῦντες ἀκριβῶς, Gal. Ab eod.

Στεγνοφυὴς, ὲς, quem natura στεγνὸν creavit, Ep.

Στέγνωσις, εως, ἡ, adstrictio, constrictio.

Στεγνωτικὸς, ἡ, ὸν, adstringendi seu constringendi vim habens. Ab eod.

Στέγος, εος, τὸ, idem quod στέγη. A

ΣΤΕ'ΓΩ, tego, operio, occulto; contineo, non sino elabi; (3) sustineo, tolero, (ut desiderium, lætitiam.) Πάντα στέγει (ἡ ἀγάπη) 1 Cor. 13, 7. Οὐ γὰρ ἔχω πῶς ἂν στέγαιμι, κακὸν τόδε λεύσσων, me continere nequeo, Soph. Trach. 991. Ὥστε τὰς πληγὰς στέγειν, Aristoph. Vesp. 1295.

Στειβεὺς, έως, ὁ, qui viam pedibus calcat, viator. A

Στειβία, ας, ἡ, idem quod στιβεία, quod vide.

ΣΤΕΙ'ΒΩ, calco, stipo; (2) vestigo, indago. Ἵνα χοροὺς στείβουσι ποδοῖν Ἀγραύλου κόραι τρίγονοι, Eurip. Ion. 495. Πᾶν ἐστίβηται πλευρὸν ἑσπέριον νεῶν, Soph. Aj. 874. (2) στείβουσι δ' ἀμοχθήτοισιν ὀπωπαῖς, Oppian. Cyneget. 1, 455.

Στείλαντο, 3. pl. aor. 1. ind. med. Ion. pro ἐστείλαντο, a στέλλω, mitto, contraho.

Στειλαιὸς, ὁ, Hipp. idem quod

Στειλειὰ, ᾶς, ἡ, foramen securis, in quod immittitur lignum; manubrium, capulus. Ion. στειλείη, ης, pro στειλειά.

Στειλειὸν, vel στειλεῖον, οῦ, τὸ, manubrium, Ion. pro στελεὸν, Od. 5, 236.

Στειναύχην, ενος, ὁ καὶ ἡ, arctæ cervicis.

Στείνομαι, arctor; (2) tristor, suspiro. A στεινός.

Στεινομένην, arctatam, acc. sing. præs. part. pass. Ion. pro στενομένην, a στένω.

Στείνοντο, resonabant, 3. pl. imperf. ind. med. Ion. pro ἐστείνοντο, a verbo eod.

Στεινόπορος, ου, ὁ καὶ ἡ, angustum habens transitum.

Στεινὸς, angustus, Ion. pro στενός.

Στεῖνος, εος, τὸ, via angusta; locus angustus; (2) anxietas animi. A στεινός.

Στεινόω, f. ώσω, Ion. pro στενόω. A στεινός.

Στεινωπὸς, Ion. pro στενωπὸς, angiportus.

Στειπτὸς, ἡ, ὸν, calcatus. A στείβω.

Στεῖρα, ας, Ion. στείρη, ης, ἡ, carina navis.

Στείριον, τὸ, vestis tenuis ac translucens, V. L.

Στεῖρος, ου, ὁ, sterilis; στεῖρα, sterilis. A στερέω, privo. (A στάω, stans, solidus, Ern.)

Στειρόω, ῶ, fut. ώσω, sterilem reddo; στειροῦμαι, sterilis sum; στειροῦσθαι, sterilescere, Gl. V. A præc.

Στείρωμα, ατος, τὸ, carina, Hes. A στειρόω.

Στείρωσις, εως, ἡ, sterilitas. Ab eod.

Στειφρὸς, ρὰ, ρὸν, idem quod στιφρός.

Στεῖχεν, 3. sing. imperf. ind. act. Ion. et cum ν, pro ἔστειχε, a

ΣΤΕΙ'ΧΩ, f. ξω, ordine eo, ordine incedo; (2) eo, vado. Εἰς τὰς Ἀθήνας στεῖχε κοινόφρων πατρὶ, Eur. Ion. 610.

Στείωμεν, 1. plur. aor. 2. conj. act. Ion. pro στέωμεν, et hoc pro στῶμεν, ab ἵστημι.

Στελγιδολήκυθος, vel στλεγγιδολήκυθος, vel στελεγγιδολήκυθος, puer qui athletæ in certamen descendenti strigilem portabat, &c. Steph.

Στελγιδοποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, qui strigiles conficit. Ex στελγὶς et ποιέω.

Στελγίζω, f. ίσω, strigili rado, distringo. A

Στελγὶς, ίδος, ἡ, strigilis; (2) coronamenti genus, lamina. Alias στεγγίς.

Στέλγισμα, ατος, τὸ, sordes strigili abrasæ:

Στέλγιστρον, ου, τὸ, strigilis. A στελγίζω.

Στελεγγίζω, pro στλεγγίζω, Steph.

Στελεὴ, ῆς, ἡ, idem quod στειλειά. Ὀρθὸς, ἐπὶ στελεῇ τυπίδος βαρὺν ὦμον ἐρείσας, Apollon. Rhod. 4, 957.

Στελεὸν, οῦ, τὸ, στελεὸς, ὁ, idem; Ph. Φιλοδέσποτον φάρσος ἅμα στελεοῦ χῆρον ἐλαΐνεου, sonans securis manubrii destituta oleagini, Anthol. Reisk. 58.

Στελεὸς, ὁ, idem quod στελεὸν, V. L.

Στελεφοῦρος, ὁ, plantago angustifolia, Theophr.

Στελεχοτόμος, ου, ὁ καὶ ἡ, truncos secans. Ex στέλεχος et τέμνω.

Στελεχιαῖος, α, ον, arboris trunco similis, ut vena magna, quæ in plures ramos dividitur.

Στελεχόκαρπος, ου, ὁ καὶ ἡ, caudice fructum ferens.

ΣΤΕ'ΛΕΧΟΣ, εος, τὸ, caudex, truncus, stipes. Hinc

Στελεχόω, ῶ, fut. ώσω, caudicem emitto.

Στελεχώδης, εος, ὁ, ἡ, idem quod στελεχιαῖος.

ΣΤΕΛΙ'Σ, ίδος, ἡ, arbori innascens viscum.

Στέλλεν, præs. inf. act. Dor. pro στέλλειν, a

ΣΤΕ'ΛΛΩ, fut. στελῶ, p. ἔσταλκα, mitto; (2) instruo, apparo, orno, exorno, compono, ut mortuum, amicio, induo; (3) contraho, ut vela, reprimo, inhibeo, sisto, compesco. στέλλομαι, contendo, Gl. V. (2) timeo, caveo, vito; (3) expeditionem suscipio, navigo; (4) lateo, fallo; (5) minuo verbis. Στέλλειν ἐμπορίαν, Plut. στρατὸν, Eur. Στελεῖν χιτῶνι τῷδε, ornare, Soph. Trach. 620. Ἐς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐστέλλετο, Herodian. (2) Οὓς ἑτάρους στέλλοντα, Il. 4. 294. Ἐστάλην, veni, prodii. Εὗρον αὐτὸν τό τε σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ἐσταλμένον, invenerunt corpore animoque defectum, App. Bell. Civ. 5, 112. Hinc

Στέλμα, ατος, τὸ, corona, Hes. sertum (nisi melior lectio est στέμμα, Ern.)

Στελμονίαι, ῶν, αἱ, fasciæ quibus canum latera præmuniuntur. A præc.

Στελῶ, mittam, f. 1. ind. act. verbi στέλλω.

Στεμβάζω, convicior, irrideo, Hes. A

ΣΤΕ'ΜΒΩ, contumelia adficio, injuriose tracto; (2) adsidue moveo.

Στέμμα, ατος, τὸ, velamentum, infula, mitra. Gl. V.

*Gl. V.* corona; στέμματα, serta, infulæ, *Ph.* Στέμμα τ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος, χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, *Il.* 1, 14. A στέφω. Hinc

Στεμμάτιον, ου, τὸ, coronula, *Gl. V.*

Στεμματόω, ῶ, f. ώσω, sertis redimio; (2) vittis corono, *Eur. Herac.* 529.

Στεμφυλίδες, ων, αἱ, olivæ nigræ.

Στεμφυλίτης, ου, ὁ· ut στεμφυλίτης οἶνος, lora.

Στεμφυλῖτις, ἡ, ex vinaceis facta. A

Στέμφυλον, ου, τὸ, vel potius τὰ στέμφυλα, ων, vinacei, vinacea, solida uvarum in torculari expressarum retrimenta; (2) fraces, i. e. olivarum expressarum reliquiæ. A σταφὶς, vel σταφυλή.

Στέμφω, moveo, pro στέμβω, n. 2.

Στέναγμα, ατος, τὸ, suspirium, gemitus.

Στεναγμὸς, οῦ, ὁ, gemitus. A

Στενάζω, fut. άξω, gemo, ingemisco, suspiro. Τίς δ' ὁ στενάζων οἶκτρον ἐν πύλαις ὅδε; *Eur. Supp.* 104. Στενάζων ἀρὰς τέκνοις, gemitibus deploraus execrationes quas in liberos effuderat, *Eurip. Phœn.* 336. A στένω.

Στενακτικὸς, ἡ, ὸν, gemebundus, lamentabilis.

Στενακτὸς, ἡ, ὸν, idem, act. et pass. A στενάζω.

Στεναύχην, ὁ, ἡ, tenues cervices habens.

Στεναχέω, ῶ, gemo, ingemisco. A στενάχω.

Στενάχιζεν, 3. sing. imperf. ind. act. *Ion.* et cum ν, pro ἐστενάχιζε, a

Στεναχίζω, fut. ίσω, idem et ab eod. Στενάχιζε δὲ γαῖα πελώρη, *Hes. Theog.* 858.

Στενάχω, idem; στενάχοντο, suspirabant, gemebant, imp. *Ion.* med. pro ἐστενάχοντο. Παρὰ γὰρ στενάχειν, καὶ τάδ' ἀΰτεῖν, *Eur. Phil.* 1546. A στένω.

Στενόεις, όεσσα, όεν, gemebundus, *Hes.* seu στονόεις, *Ern.* Ab eod.

Στενόεντας, acc. plur. m. g. a στενόεις.

Στενοεπιμήκης, ες, in longitudinem magis quam latitudinem factus.

Στενοθώραξ, ακος, ὁ καὶ ἡ, qui angusto est pectore.

Στενοκύμων, ὁ καὶ ἡ, ob angustias fluctuosus; epith. freti. A κῦμα.

Στενοκώκυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, graviter gemens et lugens, vel lamentum ciens. A κωκύω.

Στενολεσχέω, ῶ, f. ήσω, de rebus male subtilibus garrio, de rebus frivolis et nullius momenti subtiliter disputo. Περὶ καπνοῦ στενολεσχεῖν, *Aristoph. Nub.* 319. A

Στενολέσχης, ου, ὁ, qui de rebus subtilibus garrit; argutator, nugator. Ex στενὸς et λέσχη.

Στενολεσχία, ας, ἡ, disputatio de rebus nihili, argutiæ. A præc.

Στενολογέω, ῶ, f. ήσω, idem quod στενολεσχέω. A

Στενολόγος, ὁ, idem quod στενολέσχης.

Στενόπορθμος, ου, ὁ καὶ ἡ, arctum fretum habens.

Στενοπορθμὶς, ίδος, ἡ, idem; epith. loci, urbis ad fretum sitæ, &c. A præc.

Στενοπορία, ας, ἡ, transitus angustia. A

Φιλοδειπνιστής, ῦ, convivator, conviviis gaudens, quasi a δειπνάζω.
Φιλοδέσποινος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, dominæ amans. A δέσποινα.
Φιλοδεσποτεύομαι, dominum amo, seu dominatum affecto.
Φιλοδέσποτον, τὸ, dominii amor, seu dominii aliorum in se, *Steph.*
Φιλοδέσποτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, domini amans, i. e. qui alterius in se dominium libens patitur. Ex δεσπότης.
Φιλοδημία, ας, ἡ, popularitas. A
Φιλόδημος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, amans populi, popularis.
Φιλοδημοτικὸς, ἡ, ὸν, popularis status amans.
Φιλοδημώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, idem quod φιλόδημος, unde etiam formatur.
Φιλοδήμως, *adv.* populariter.
Φιλοδίκαιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, justi amans.
Φιλοδικαστής, ῦ, ὁ, litigiosus. A δικάζομαι.
Φιλοδικέω, ῶ, f. ήσω, libenter in litibus versor, lites amo, *Thucyd.* A
Φιλοδικία, ας, ἡ, libido litigandi. A
Φιλόδικος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, litium amans, litigiosus. Ex φίλος et δίκη.
Φιλοδίτης, ȣ, ὁ, viator, peregrinator.
Φιλοδοξέω, ῶ, fut. ήσω, gloriæ sum cupidus; (2) gloriæ servio.
Φιλοδοξία, ας, ἡ, gloriæ cupiditas, ambitio. A
Φιλόδοξος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui opiniones sectatur; (2) qui bona opinabilia sectatur; (3) gloriæ cupidus, ambitiosus. Ex φίλος et δόξα.
Φιλοδόξως, *adv.* cum gloriæ cupiditate, ambitiose.
Φιλοδορπίος, ον, idem quod φιλόδειπνος, *Nonn.*
Φιλόδουλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, servorum amans.
Φιλόδουπος, ὁ ϗ ἡ, strepens, multum sonans.
Φιλόδρομος, ὁ ϗ ἡ, vagus, errans.
Φιλόδυρτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, lugubris, lamentabilis, *R.*
Φιλοδωρία, ἡ, liberalitas, munificentia, *Suid.*
Φιλόδωρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, munificus, liberalis. A δῶρον.
Φιλοδώρως, *adv.* munifice, liberaliter.
Φιλόεργος, ὁ ϗ ἡ, laboriosus, assiduus in laborando. Ab ἔργον.
Φιλοζέφυρος, ὁ ϗ ἡ, Zephyri amator vel amatrix, *Ep.*
Φιλοζητητής, ῦ, ὁ, discendi cupidus, disputator.
Φιλοζωέω, ῶ, fut. ήσω, vitæ cupidus sum, vitæ parco:
Φιλοζωία, ας, ἡ, vitæ amor. A
Φιλόζωος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cupidus vitæ, et quidem fere in partem deteriorem; (2) animantium amans, vel studiosus. A ζωὴ, vel ζῶον, *animal.*
Φιλόθακος, ὁ, ἡ, deses, ignavus.
Φιλοθεαμοσύνη, ἡ, amor spectaculorum. A
Φιλοθεάμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, spectaculorum amans, spectandi cupidus. Οἱ φιλοθεάμονες τȣ κάλλȣς, *Aristænet.* 1, 10. A θέαμα, vel θεάμων.
Φιλοθεέω, pius sum in Deum, (*Etym.*) A φιλόθεος.
Φιλοθεΐα, ας, ἡ, amor Dei, pietas. A
Φιλόθεος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, Dei amans, pius. At *passive*, qui a Deo amatur, Deo placens et gratus.
Φιλόθερμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, calidorum seu caloris amans.
Φιλοθέωρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui spectaculis gaudet; (2) visendarum rerum cupidus.

Φιλοθέως, *adv.* cum pietate in Deum.
Φιλοθηρία, ας, ἡ, studium venandi.
Φιλοθηρέω, ῶ, f. ήσω, venationis studiosus sum, venatione delector. A
Φιλόθηρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, venandi studiosus. A θήρα.
Φιλοθȣκυδίδης, ὁ, amator Thucydidis, *Ep.*
Φιλοθρηνὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, indulgens luctui.
Φιλόθρηνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem. Φιλοθρήνῳ παρὰ τύμβῳ, *Nonn. P.* 11, 13.
Φιλόθυρσος, ὁ ϗ ἡ, Bacchi sacris initiatus, Bacchi sacra celebrans.
Φιλοθύτης, ȣ, ὁ, rei divinæ faciendæ studiosus, qui studiose sacrificat.
Φιλοῖ, 3. sing. præs. opt. act. pro φιλέοι, a φιλέω.
Φιλοίκειος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, benevolus necessariis seu propinquis.
Φιλοικόδομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui ædificare amat, cupidus ædificandi. Ex οἰκοδομή.
Φιλοικτιρμόνως, *adv.* per misericordiam.
Φιλοικτίρμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, qui libenter commiseratur, pronus ad misericordiam.
Φιλοίκτιστος, idem quod φιλοικτίρμων, *Soph.*
Φίλοικτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, misericors.
Φιλοινία, ας, ἡ, amor vini. A
Φίλοινος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, vini amans, seu cupidus. *Gl. V.* vinosus.
Φιλοιστρομανής, ὁ, insani œstri amans, *Orph.*
Φίλοιστρος, ὁ ϗ ἡ, furore percitus; (2) *de Diis*, furorem immittens.
Φιλοΐστωρ, ορος, ὁ, cupidus sciendi.
Φιλοίφης, ȣ, ὁ, libidinosus. Voc. φιλοῖφα, *Theocrit.* 4, 62. E φίλος et οἰφέω.
Φιλόκαινος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, novitatis amans vel studiosus.
Φιλόκακος, ȣ, ὁ, rerum malarum studiosus, rebus malis gaudens.
Φιλοκακȣ̃ργος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, dolosus, fraudulentus.
Φιλοκακȣ́ργως, *adv.* dolose, fraudulenter.
Φιλοκαλέω, ῶ, pulchritudinem amo, honestatis aut rerum honestarum sum studiosus, *Gl. Vet.* φιλοκαλῶ, polio, mundo, verro. Μάλιστα δὲ πάντων περὶ παιδοτροφίαν φιλοκαλȣ̃μεν, ϗ τὸ φυλάττειν τȣ̀ς νόμȣς, *Jos.*
Φιλοκάλημα, τὸ, honestamentum non improbandum.
Φιλοκαλία, ας, ἡ, studium pulchritudinis; elegantia; studium honestatis sive rerum honestarum. A
Φιλόκαλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, pulchritudinis studiosus; (2) honestatis seu rerum honestarum studiosus; (3) studiosus elegantiæ vel munditiæ, lautitiæ studiosus. *Gl. V.* mundus, politus, elegans.
Φιλοκάλως, *adv.* culte, ornate.
Φιλοκάματος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, amans laboris, *R.*
Φιλόκαμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem, *R.*
Φιλοκαρποφόρος, ὁ ϗ ἡ, frugifer; epith. æstatis.
Φιλόκενος, vana amans, seu rerum inanium studiosus.
Φιλοκέρδεια, ας, ἡ, amor lucri; (2) avaritia.
Φιλοκερδέω, ῶ, lucrum amo, avarus sum. Ἴσως δὲ ϗ πρὸς τὸ φιλοκερδεῖν ȣ̓κ ἀφυεῖς ὄντες, *Xen. Cyr.* 1, 24. A
Φιλοκερδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, amans seu studiosus lucri, avarus, *Gl. Vet.* φιλοκερδεῖς, lucriones. Ex κέρδος.
Φιλοκερδῶς, *adv.* cum aviditate lucri.
Φιλοκέρτομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui maledictis incessere amat, qui cavillari et deludere amat, contumeliosus, *Od.* 22, 267.
Φιλοκηδέμων, ὁ ϗ ἡ, idem quod
Φιλοκηδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, adfinium suorum studiosus, benignus in cognatos.
Φιλόκηπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, hortorum studiosus.
Φιλοκιθαριστής, ῦ, ὁ, citharistarum amans; (2) qui cithara ludere amat.
Φιλοκίνδυνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, periculi adeundi cupidus, temerarius.
Φιλοκινδύνως, *adv.* more eorum qui periclitari amant.
Φιλοκισσοφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, amans hederæ gestandæ, qui hederam gestat, *R.*
Φιλόκνημις, ιδος, ὁ ϗ ἡ, ocreatus; (2) armorum amans, armatus.

Φιλόκνισος, ὁ ϗ ἡ, pruritum concitans, amans nidoris et lautarum epularum. A κνίζω.
Φιλόκοινος, ὁ ϗ ἡ, amans reipublicæ, civilis.
Φιλοκόλαξ, ακος, ὁ ϗ ἡ, adulator; (2) adsentatorum amans.
Φιλοκομπέω, ῶ, f. ήσω, jactito et effero me. A
Φιλόκομπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, jactationis amans, qui sese jactare et efferre amat.
Φιλοκομπία, ας, ἡ, jactatio, ostentatio.
Φιλόκοπρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui stercorari debet, fimo opus habens.
Φιλοκοσμία, ας, ἡ, ornatus seu cultus studium. A
Φιλόκοσμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ornatus seu cultus amans, cultus studiosus; (2) qui amat mundum, i. e. res mundanas et terrenas.
Φιλόκρημνος, ὁ ϗ ἡ, qui in rupibus esse, nasci, pasci solet.
Φιλοκρινέω, ῶ, f. ήσω, studiose discerno vel distinguo, accurate expendo vel examino, *Lucian.* A κρίνω.
Φιλοκρινητικὸς, ἡ, ὸν, vim habens studiose discernendi vel dijudicandi. A φιλοκρινέω.
Φιλοκρόταλος, ον, idem quod
Φιλόκροτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, amans strepitum; (2) strepitum faciens, strepens plausibus.
Φιλοκτεανέστατος, -ώτατος, possessionum amantissimus, *Hom.*
Φιλοκτέανος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, divitiarum amans; (2) avarus, lucri avidus; φιλοκτεανώτατε, avarissime; *Il.* 1, 122. A κτέανον.
Φιλοκτήμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, idem. A κτῆμα.
Φιλοκτησία, ας, ἡ, divitiarum cupiditas; (2) avaritia. A κτῆσις.
Φιλοκτίστης, ȣ, ὁ, qui libenter ædificat.
Φιλόκτιστος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem.
Φιλόκυβος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, aleæ studiosus, qui tesseris ludere amat; *Aristoph. Vesp.* 75.
Φιλοκυδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, amans vel studiosus gloriæ. Ex φίλος et κῦδος.
Φιλοκυνηγέτης, ȣ, ὁ, venationis studiosus.
Φιλοκύνηγος, venationis amans seu studiosus, *Plut.*
Φιλόκυνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui canibus gaudet. A κύων.
Φιλοκωθωνιστής, ὁ, bibax, vinolentus, ebriosus, *Ath.*
Φιλόκωμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui amat comessationes.
Φιλόκωπος, ον, rei nauticæ studiosus.
Φιλόλαγνος, ὁ ϗ ἡ, libidinosus.
Φιλοληΐιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, amans prædæ. A λῃΐη.
Φιλόλιθος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui gemmas amat, lapidum pretiosorum studiosus.
Φιλόλιχνος, ὁ ϗ ἡ, gulæ deditus.
Φιλολογέω, ῶ, fut. ήσω, libenter dissero; (2) philosophor et dissero cum philosophis. Ἀλλὰ γὰρ ἅλις ὑπὲρ τῆς εἰς τὰ ὑψηλὰ τῶν σχημάτων χρήσεως ἐκ παρενθήκης τοσαῦτα πεφιλολόγηνται, *Longin.* 29.
Φιλολογία, ας, ἡ, studium seu amor disserendi; (2) studium seu amor literarum. A
Φιλόλογος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui disserere amat; (2) qui libenter audit alios loquentes seu disserentes; (3) literarum studiosus; (4) literatus, doctus. Φιλολόγον δὲ ἄνδρα καὶ φιλόμȣσον, *Plut de tuenda Sanitate*, 132.
Φιλολόγως, *adv.* more philologorum, amore literatorum.
Φιλολοιδορία, ας, ἡ, dicacitas, *Gl. V.* A
Φιλολοίδορος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, dicax, maledicus, contumeliosus.
Φιλολοιδόρως, *adv.* contumeliose.
Φιλολȣτρέω, ῶ, f. ήσω, libenter lavo, præcupidus sum lavandi, i. e. balnei. A
Φιλόλȣτρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui balneum adfectat, balnei avidus. A λȣ̃τρον.
Φιλομάθεια, et -θία, ας, ἡ, discendi cupiditas:
Φιλομαθέω, ῶ, f. ήσω, discere cupio, discendi studio teneor, *Plato.* A
Φιλομαθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, cupidus seu studiosus discendi. A μανθάνω.
Φιλομαθῶς, discendi cupiditate. A præc.
Φίλομαι, amo; unde aor. 1. ἐφιλάμην, φίλατο, prima longa; (2) amor, *Apoll. R.*
Φιλομαντευτής, ῦ, ὁ, vates, augur, hariolus.
Φιλόμαντις, εως, ὁ, idem.

Φιλόμαςος, ὁ ϗ ἡ, lactens, sugens ubera.
Φιλομαχέω, ῶ, f. ήσω, appeto pugnam, cupide pugno; (2) fervide et incaute prælior. *Plut.* A μάχομαι.
Φιλόμαχος, ου, ὁ, bellicosus, ferox. A μάχη.
Φιλομβρίος, pro φιλόμβρος, *Ep.*
Φιλόμβρος, ον, imbre multo opus habens; epith. plantarum.
Φιλομειδής, έος, ὁ ϗ ἡ, amans risus. Hinc τὸ φιλομειδὲς, amor risus. A μειδάω.
Φιλομεμφής, έος, ὁ ϗ ἡ, qui libenter conqueritur et expostulat. A μέμφομαι.
Φιλομεμφότατος, delator acerrimus, *V. L.*
Φιλομηδής, έος, ὁ ϗ ἡ, coitum appetens. A μήδεα.
Φιλομήλα, ης, ἡ, philomela. *Gl. Vet.* φιλομήλη, acredula. A μέλος.
Φιλομήλειος, α, ον, qui est lusciniæ.
Φιλόμηλος, ὁ, amator malorum seu pomorum, *Ath.*
Φιλόμηρος, ου, ὁ ϗ ἡ, studiosus Homeri, qui libenter imitatur Homerum.
Φιλομήτωρ, ορος, ὁ, matris amans. A μήτηρ.
Φιλομισέω, ῶ, odio indulgeo. A
Φιλόμισος, ου, ὁ ϗ ἡ, odio indulgens.
Φιλομίσως, more eorum qui odiorum sunt amantes, *Steph.*
Φιλομμειδής, έος, ὁ, ἡ, idem quod φιλομειδής.
Φιλομμηδής, έος, ἡ, idem quod φιλομηδής.
Φιλόμολπος, ου, ὁ ϗ ἡ, amans cantum; (2) cantor; (3) carmina amans; (4) gloriæ appetens. A μολπή.
Φιλομουσέω, musas seu musicam amo, *Ath.*
Φιλομουσία, ας, ἡ, Musarum seu Musices amor, studium Musices. A
Φιλόμουσος, ου, ὁ ϗ ἡ, Musarum vel Musices amans; (2) qui studiorum humaniorum seu politioris literaturæ amans est. Vid. supra in φιλολόγος. A Μοῦσα.
Φιλομόχθηρος, ον, malorum seu improborum amans vel improbitatis, *Poll.*
Φιλόμοχθος, laborum amans, *Steph.*
Φιλομυθέω, ῶ, f. ήσω, libenter fabulor, confabulationum seu fabularum amans sum:
Φιλομυθία, ας, ἡ, fabularum studium. Unde
Φιλόμυθος, ου, ὁ ϗ ἡ, confabulationum vel fabularum amans.
Φιλόμυθον, τὸ, confabulationum seu fabularum amor, *Longin.*
Φιλόμωμος, idem quod φιλοψόγος, *Plat.*
Φιλονάματος, ὁ ϗ ἡ, humori appetens; epith. solis. A νᾶμα.
Φιλοναύτης, ου, ὁ, rei navalis studiosus.
Φιλονεικέω, ῶ, fut. ήσω, rixor, contendo; (2) æmulor, æmulus sum; (3) contendo, i. e. laboro efficere, enitor; *Gl. Vet.* φιλονεικῶ, certo, contendo, altercor. Φιλονεικεῖν τινὶ πρὸς ἀρετὴν, *Plato.* Πέρα τοῦ μετρίου φιλονεικεῖν αἰρούμενος, *Philo.*
Φιλονεικία, ας, ἡ, contentio, rixarum amor, jurgium, pertinacia; (2) æmulatio; (3) contentio virium in certamine. A
Φιλόνεικος, ου, ὁ ϗ ἡ, contentiosus; altercator, *Gl. V.* (2) in bonam partem studiosus alicujus rei, multum in re aliqua laborans.
Φιλονείκως, *adv.* contentiose; (2) cum æmulatione; (3) *Gl. V.* certatim.
Φιλόνεος, ὁ ϗ ἡ, qui juvenum amore tenetur.
Φιλονικέω, vincere, præstare cupio. A
Φιλόνικος, ου, ὁ ϗ ἡ, studiosus seu cupidus victoriæ. A νίκη.
Φιλονύμφιος, ἡ, nuptiis gaudens, nuptiis favens; epith. Veneris.
Φιλόξεινος, pro φιλόξενος, *Hom.*
Φιλοξενέω, ῶ, hospites amore prosequor, hospites libenter excipio; (2) peregrinos amo, peregrinos amo mores.
Φιλοξενία, ας, ἡ, hospitalitas. A
Φιλοξενίζω, liberalis sum erga hospites.
Φιλόξενος, ου, ὁ ϗ ἡ, hospitalis, liberalis in hospites.
Φιλοξένως, *adv.* hospitaliter.
Φιλοξύτονες, ον, *in pl.* φιλοξύτονα, verba quæ acui fere solent.
Φιλόοινος, ου, vinosus, vino deditus.
Φιλοπαιγμόνως, *adv.* jocose, studio joci, &c.
Φιλοπαιγμοσύνη, ἡ, studium jocandi, ludendi, &c.
Φιλοπαίγμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, amans jocos et lusus; (2) facetus, festivus. A παῖγμα.
Φιλοπαίκτης, ου, ὁ, idem.
Φιλόπαις, αιδος, ὁ ϗ ἡ, amans liberorum, qui pueros amat; *Gl. V.* puerarius.
Φιλοπαίσμων, ὁ, idem.
Φιλοπαίστης, ου, ὁ, idem; a παίζω.
Φιλοπάννυχος, ον, noctem vigiliis consumere solitus; epith. etiam Veneris.
Φιλοπαράβολος, ὁ, qui projectæ audaciæ facinora amat, *Plut.*
Φιλοπάρθενος, ου, ὁ ϗ ἡ, virginum amator; (2) virginitatis studiosus.
Φιλοπατορία, ἡ, pietas in patrem.
Φιλοπατρία, ἡ, patriæ amor, *Ar.*
Φιλόπατρις, ιδος, ὁ ϗ ἡ, patriæ amans.
Φιλοπάτωρ, ορος, ὁ ϗ ἡ, amans patris. A πατήρ.
Φιλοπενθής, έος, ὁ ϗ ἡ, ad luctum proclivis. A πένθος.
Φιλοπένταθλος, ον, *proprie* quinquertio esse cupiens; *Met.* qui excellere in omni genere cupit.
Φιλοπευθής, έος, ὁ ϗ ἡ, qui sciscitari et percontari amat, ideoque discendi cupidus est. curiosus scrutator. Ἀγόρευε γυνὴ φιλοπευθέϊ μύθῳ, *Nonn. P.* 4, 9. A πεύθομαι.
Φιλοπευστέω, ῶ, f. ήσω, libens audio et sciscitor, curiosus sum in sciscitando, *Ph.* φιλοπευστεῖ, percontatur, sciscitatur. A seq.
Φιλοπεύστης, ου, ὁ, sciscitator, *Gl. V.*
Φιλοπευστία, ἡ, amor et studium sciscitandi, *Steph.*
Φιλόπευστος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem quod φιλοπευθής.
Φιλοπλακοῦντος, ὁ ϗ ἡ, qui placentis delectatur.
Φιλόπλεκτος, ον, bene textus, sc. plicatus, cincinnatus, amans crinium crispatorum. Τὸν δὲ φιλοπλέκτοιο κόμας σφιγκτῆρα, *Analect. Br.* 2, 11.
Φιλόπλοος, ου, ὁ ϗ ἡ, navigandi cupidus.
Φιλόπλος, ὁ, armorum studiosus, qui arma tractare amat, *Ep.*
Φιλοπλουσία, idem quod φιλοπλουτία, *Heliod.* 9. (nisi leg. φιλοπλουτίας.)
Φιλοπλουτέω, ῶ, f. ήσω, ditescere cupio, nimio studio divitiis inhio, *Plut.*
Φιλοπλουτία, ας, ἡ, divitiarum amor, divitiarum cogendarum cupiditas. A
Φιλόπλουτος, ου, ὁ ϗ ἡ, divitiarum amans, ditescendi studiosus.
Φιλοποιέω, ῶ, et έομαι, οῦμαι, amicum seu benevolum reddo, concilio; φιλοποιεῖ, reconciliat, *Ph.* φιλοποιοῦμαι, concilio, *Gl. V.*
Φιλοποίησις, εως, ἡ, reconciliatio, conciliatio, *Gl. V.* A præc.
Φιλοποιητής, οῦ, ὁ, amicitiæ conciliator.
Φιλοποιΐα, ας, ἡ, conciliatio. A ποιέω.
Φιλοποίμην, ενος, ὁ, pastorum amans, vitæ pastoritiæ.
Φιλοποίμνιος, ὁ ϗ ἡ, gregis amans, gregem curans; epith. canis. A ποίμνιον.
Φιλοποιὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, amicos efficiens, amicorum effector seu effectrix. A ποιέω.
Φιλοπόλεμος, ου, ὁ ϗ ἡ, belli amans; (2) bellicosus.
Φιλόπολις, εως, ὁ ϗ ἡ, civitatis amans; (2) suæ patriæ et civitatis commodis studens.
Φιλοπολίτης, ου, ὁ, amans et studiosus civium, ac saluti eorum consulens.
Φιλοπονέω, ῶ, fut. ήσω, laborum amans sum; (2) cum labore efficio, studiose et gnaviter aliquid facio; (3) elaboro, elucubro. *Gl. V.* studeo. Φιλοπονεῖν τὸ σύγγραμμα, *Naz.* Δεῖ μᾶλλον φιλοπονεῖσθαι περὶ τῶν μεταφορῶν, *Aristot.* A φιλόπονος.
Φιλοπόνημα, τὸ, opus elaboratum, *Steph.*
Φιλοπόνηρος, ου, ὁ ϗ ἡ, improborum amans.
Φιλοπονία, ας, ἡ, laborum amor, studium, industria, *Ph.* A
Φιλόπονος, ου, ὁ ϗ ἡ, amans laborum, gnavus; studiosus, industrius, *Ph.* τὸ φιλόπονον, studium, *Gl. V.*
Φιλοπονοῦσι, 3. pl. præs. ind. act. *contr.* pro φιλοπονέουσι, a φιλοπονέω.
Φιλοπόνως, *adv.* gnaviter, diligenter, studiose. A φιλόπονος.
Φιλόπορνος, ὁ ϗ ἡ, scortator. A πόρνη.
Φιλοπόρφυρος, ὁ ϗ ἡ, qui veste purpurea utitur, delectatur. A πορφύρα.
Φιλοποσία, ας, ἡ, amor potationis, inexhausta et inexplebilis bibendi aviditas. A πόσις.
Φιλοποτέω, ῶ, amo potationes. A
Φιλοπότης, ου, ὁ, amator vini, potator, bibax. *Gl. V.* bibaculus.
Φιλοπότις, ἡ, bibula, vinosa.
Φιλοπραγματίας, ου, ὁ, rerum alienarum curiosus. A φιλοπράγμων.
Φιλοπραγμόνως, *adv.* more eorum qui se libenter implicant negotiis alienis; (2) cum desiderio facessendi negotium. Ab eod.
Φιλοπραγμονέστερον, diligentius, *V. L.*
Φιλοπραγμοσύνη, ης, ἡ, amor aliis seu variis se implicandi negotiis; (2) amor et voluntas litigandi; (3) solertia. A
Φιλοπράγμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, qui libenter variis negotiis se implicat, qui sibi et aliis negotia libenter facessit. A πρᾶγμα.
Φιλοπρεπής, ές, decori amans, elegans.
Φιλοπρεπῶς, *adv.* amice, eleganter. A πρέπει.
Φιλοπροσηγορία, ας, ἡ, salutandi studium, adfabilitas. A
Φιλοπροσήγορος, ου, ὁ ϗ ἡ, adfabilis. *Gl. V.* salutator. A προσηγορέω.
Φιλοπροσηγόρως, *adv.* salutandi studio, adfabiliter.
Φιλοπρωτεία, ας, ἡ, amor principatus seu primatus.
Φιλοπρωτεύω, f. εύσω, primatum obtinere cupio, primatum ambio. Ἀλλ᾽ ὁ φιλοπρωτεύων αὐτῶν Διοτρεφὴς οὐκ ἐπιδέχεται ἡμᾶς, 3 *Joann.* 9. A
Φιλόπρωτος, ου, ὁ ϗ ἡ, primatum affectans. Φύσει δὲ πολλῶν ὄντων ϗ μεγάλων παθῶν ἐν αὐτῷ, τὸ φιλόνεικον ἰσχυρώτατον ἦν ϗ τὸ φιλόπρωτον, *Plut.*
Φιλοπτόλεμος, ου, ὁ ϗ ἡ, belli amans, bellicosus.
Φιλοπτωχία, ας, ἡ, amor pauperum et in mendicos liberalitas. A
Φιλόπτωχος, ου, ὁ ϗ ἡ, promptus ad juvandos pauperes et mendicos.
Φιλόπυρος, ὁ ϗ ἡ, amans triticum, *Ep.*
Φιλόπυστος, ὁ ϗ ἡ, idem quod φιλοπευθής.
Φιλοπωριστής, οῦ, ὁ, qui auctumnales fructus decerpere et iis vesci amat. Ab ὀπώρα.
Φιλοργής, έος, ὁ ϗ ἡ, iracundus. Ab ὀργή.
Φιλόργιος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui Orgia celebrare amat; *Nonn. P.* 6, 4. Epith. festi diei, solennis, celeber. Ab ὄργια.
Φιλορήτωρ, seu φιλορρήτωρ, ορος, ὁ ϗ ἡ, rhetoricæ amans et studiosus.
Φιλορμίστειρα, ἡ, in portum deducens navigantes; epith. Veneris. Ab ὁρμίζω.
Φιλορνιθία, ας, ἡ, avium amor. A
Φίλορνις, ιθος, ὁ ϗ ἡ, avium amans.
Φιλορρώθων, ὁ ϗ ἡ, epith. cami.
Φιλόρρωξ, amans acinorum, vitis epith. *Ep.*
Φιλόρτυξ, ὁ ϗ ἡ, amans coturnices.
Φιλορχήμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, saltationem amans. Ex ὀρχέομαι. Unde
Φιλόρχηστος, ου, ὁ ϗ ἡ, saltandi cupidus.
Φιλορχηστεῖρα, ἡ, amans saltationis, epith. Veneris, *Ep.*
ΦΙ´ΛΟΣ, ου, ὁ, amicus. Sed φίλος, η, ον, carus, amicus, gratus. Hinc *comp.* φίλτερος, et *superl.* φίλτατος, amicissimus. Φίλον ἐστὶ, solitum est, *Il.* 4, 372.
Φιλοσαρκέω, ῶ, voluptatis studio teneor, carnem amo et cuticulam curo.
Φιλοσαρκία, ας, ἡ, amor carnium, libido edendi carnes; (2) corporearum voluptatum studium. A
Φιλόσαρκος, ου, ὁ ϗ ἡ, carnem amans, corporeis oblectamentis totus deditus. A σάρξ.
Φιλοσίγματος, ὁ, crebro usurpans literam ς. A σίγμα.
Φιλόσιτος, ὁ ϗ ἡ, frumenti comparandi cupidus; (2) cibi appetens.
Φιλόσκιπος, ου, ὁ ϗ ἡ, tegmine gaudens, *Suicer.* A σκέπη.
Φιλόσκηπτρος, ὁ, epith. regis, sceptriger.

Φιλόσκιος, ου, ὁ καὶ ἡ, amans umbræ, umbram captans. A σκιά.

Φιλοσκωμμόνως, more eorum qui scommata dicere amant.

Φιλοσκωμμοσύνη, ἡ, amor scommatum, *Poll.*

Φιλοσκώμμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, dicteriis mordacibus gaudens. *Gl. V.* dicax. A σκῶμμα.

Φιλοσκωπτέω, ῶ, fut. ήσω, dicax sum. A

Φιλοσκώπτης, ου, ὁ, dicax, urbanus.

Φιλοσοφέω, ῶ, f. ήσω, sapientiam amo, sapientiæ deditus sum, studium meum in doctrina et sapientia colloco, philosophiam capesso, philosophiæ me dedo; (2) philosophorum more disputo, dissero seu disquiro et commentor mecum, philosophiam doceo seu profiteor; (3) universe pro exquiro aliquid, euro, video, *Lys.* (4) sapientiæ et modestiæ in moribus studeo. *Apud Script. Eccles.* vitæ operam do austeræ et severæ. Τοῦτο πεφιλοσόφηκα μετὰ τοῦ ἀδίκου σοφιστοῦ τοῦ ἔρωτος, *Xen.* A φιλόσοφος. Hinc

Φιλοσόφημα, ατος, τὸ, philosophica quæstio, seu res quam quis philosophica commentatione exquirit.

Φιλοσοφία, ας, ἡ, philosophia, sapientiæ amor, cognitio rerum divinarum atque humanarum, vel homini cum deo similitudo, quantum homo assequi potest, *secundùm Platonem*; sed *secundum Aristotelem*, artium ars est, scientiarumque scientia; (2) secta, *Gl. V.* (3) eloquentia, *Isoc.* (4) vita ascetica et monastica, *ap. Scr. Eccl.* A φιλόσοφος.

Φιλοσοφικὸς, philosophicus, ad philosophum pertinens vel philosopho dignus.

Φιλοσοφομειρακίσκος, adolescentulus philosophiæ deditus, seu qui adolescens admodum philosophatur, *Ath.*

Φιλόσοφος, ου, ὁ καὶ ἡ, amans seu expetens sapientiam, sapientiæ studio deditus; (2) sapiens, doctus, philosophus.

Φιλοσοφοῦντες, nom. pl. part. præs. act. *contr.* pro φιλοσοφέοντες, a φιλοσοφέω.

Φιλοσόφως, *adv.* philosophice, ut philosophum decet.

Φιλοσπήλυγξ, γγος, ὁ καὶ ἡ, speluncas amans, libenter in antris commorans.

Φιλόσπονδος, ὁ καὶ ἡ, libationi aptus, seu serviens, v. gr. vinum. A σπονδή.

Φιλοστασιώτης, ου, ὁ καὶ ἡ, seditiosus, *Gl. V.*

Φιλοστέναχτος, ον, gemebundus, *Ep.*

Φιλοστεφανέω, ῶ, coronarum amans sum; seu coronam adsequi contendo, coronam ambio, *Polyb.* A

Φιλοστέφανος, ου, ὁ καὶ ἡ, coronarum amans seu cupidus.

Φιλόστονος, ου, ὁ καὶ ἡ, gemebundus.

Φιλοστόνως, *adv.* cum gemitu.

Φιλοστοργέω, ῶ, ad amandum propensus sum, seu valde amo; dicitur *inpr.* de amore conjugum, et eo qui inter parentes et liberos est; (2) naturali adfectu generandorum liberorum ducor.

Φιλοστοργία, ας, ἡ, amor vehemens quivis inter parentes et liberos, conjugesque. A

Φιλόστοργος, ου, ὁ καὶ ἡ, propensus ad amorem, qualis est inter parentes et liberos. *Ph.* indulgens. A στοργή.

Φιλοστόργως, *adv.* amantissime, indulgenter.

Φιλοστρατιώτης, ου, ὁ, militum amans, seu militibus nimis indulgens; (2) ad rem militarem pronus.

Φιλόστρατος, ὁ, amans militiæ, *Ar.*

Φιλόστροφος, ου, ὁ, ἡ, mutabilis, inconstans. A στροφή.

Φιλόσυκος, ου, ὁ καὶ ἡ, amans ficuum, qui ficuum esu delectatur. A σῦκον.

Φιλοσύμμαχος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui amat suos belli socios, amans commilitonum; (2) qui se libenter belli socium adjungit.

Φιλοσυνήθης, εος, ὁ καὶ ἡ, amans familiaritates, consuetudines.

Φιλοσυνουσιάζω, frequenti congressu gaudeo.

Φιλοσυνουσιαστής, οῦ, ὁ, salax. A præc.

Φιλοσύντομος, ὁ καὶ ἡ, brevitatis studiosus, brevis.

Φιλοσωματέω, ῶ, nimium sum amans corporis mei, nimis curo corpus. A

Φιλοσώματος, ου, ὁ καὶ ἡ, corporis sui nimium studiosus, qui nimis amat curare cutem suam. A σῶμα.

Φιλοσωμάτως, *adv.* nimia in corpus indulgentia, nimia corporis cura. A præc.

Φιλοσώφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, moderatus vel prudens; (2) pudicos et castos amans.

Φιλοτάριον, et φιλοττάριον, τὸ, Dim. a φιλότης, n. 3. amicellulus, in compellatione ὑποκοριστικῶς.

Φιλοτάριχος, ὁ, salsamentorum amans, *Ath.*

Φιλοτάσιος, *Dor.* pro φιλοτήσιος, *Soph. El.* 1073.

Φιλοτεκνία, ας, ἡ, amor in liberos:

Φιλότεκνος, ου, ὁ καὶ ἡ, amans liberorum. A τέκνον.

Φιλοτεχνέω, ῶ, f. ήσω, artium studiosus sum; (2) artificiosæ elegantiæ studio teneor; (3) discere de arte aliqua velut ejus studiosus; (4) artificiose et ingeniose ago. A φιλότεχνος.

Φιλοτέχνημα, ατος, τὸ, opus solers artificiosum, *Basil.* A præc.

Φιλοτεχνήμων, ονος, ὁ, ingeniosus artifex.

Φιλοτέχνης, ου, ὁ, artificiosus. A τέχνη.

Φιλοτέχνησις, εως, ἡ, ipsa actio solerter aliquid efficiendi; (2) artificium, opificium. A φιλοτεχνέω.

Φιλοτεχνία, ας, ἡ, artium studium, vel studium elegantiæ et artificii, solertia; (2) usus callidorum consiliorum, doli, in efficiendo. A

Φιλότεχνος, ου, ὁ καὶ ἡ, artis aut artium studiosus, industrius, solers. A τέχνη.

Φιλοτέχνως, *adv.* more eorum qui artium sunt studiosi; (2) artificiose, ingeniose.

Φιλότης, ητος, ἡ, amicitia, amor, benevolentia; (2) concubitus; (3) *Gl. V.* amicus, in compellationibus, ὦ φιλότης. A φίλος.

Φιλοτησία, ας, ἡ, propinatio, invitatiuncula ad bibendum; (2) propinatio post cœnam benevolentiæ ergo. A

Φιλοτήσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, ad amicitiam pertinens, amicitiæ conveniens, aptus ad conciliandam amicitiam. A φιλότης.

Φιλότησις, εως, ἡ, amicitia. Ab eod.

Φιλοτιμεῖσθαι, præs. infinit. med. *contr.* pro φιλοτιμέεσθαι, a

Φιλοτιμέομαι, οῦμαι, fut. ήσομαι, honoris consequendi gratia facio; (2) ambitiosius et magno studio conor et annitor, more nimirum eorum qui honoris causa toti sunt in re aliqua; (3) æmulor, æmulatione ductus contendo cum aliquo; (4) efferor, glorior, mihi placeo; (5) munificentia et liberalitate inclaresco, largior populariter; (6) *simpl.* dono largior; (7) gaudeo aliqua re, delector; (8) est etiam, odio prosequor, vel ulcisci cupio. Φιλοτιμοῦμαι ἐξανευρεῖν, *Xen.* φιλοτιμεῖσθαι πρός τινα, *Dem.* A φιλότιμος. Hinc

Φιλοτίμημα, ατος, τὸ, conatus, contentio, studium aliquid efficiendi; (2) in quo aliquis sibi placet, et quo honorem aucupatur; (3) liberalitas, facinus liberale; (4) ornamentum, magnificentia.

Φιλοτιμία, ας, ἡ, honoris seu honorum studium, ambitio; (2) æmulatio, æmula virtus et contentio animi ad certamen excitati; (3) studium, contentio; (4) erogatio publice facta; munificentia, velut in ludis; unde φιλοτιμίαι, ludi; (5) liberalitas. (1) τί τῆς κακίστης δαιμόνων ἐφίεσαι Φιλοτιμίας; *Eurip. Phœn.* 534. A φιλότιμος.

Φιλότιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, honoris seu honorum cupidus seu studiosus, ambitiosus, qui ad rem aliquam contendit, et ex eo honorem sibi parere nititur; (2) generosus, magnificus. *Phil.* ambitiosus, munerarius, liberalis. Τὸ φιλότιμον, principatus. Καὶ τὸ φιλότιμον γλυκὺ μὲν, λυπεῖ δὲ προσιστάμενον, *Eurip. Iph. in Aul.* 22. Τὸ φιλότιμον ἐκ μέσου, imperium omnibus propositum, *Id. Ibid.* 342. A τιμή.

Φιλοτίμως, *adv.* studio honoris, nimio honoris studio, ambitiose, solicite. *Gl. V.* comiter, enixe, certatim.

Φιλότμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, incisione gaudens; epith. dici qua circumcisio fit apud Judæos. A τέμνω.

Φιλοτοιοῦτος, ου, ὁ, rei alicujus valde studiosus.

Φιλοτραγήμων, ὁ, ἡ, bellaria amans, libenter edens. A τράγημα.

Φιλοτράπεζος, ὁ καὶ ἡ, parasitus, scurra, dicax, facetus. A τράπεζα.

Φιλοτροφέω, ῶ, f. ήσω, lubenter alo, multos alo.

Φιλότροφος, ὁ, ἡ, almus, beneficus; epith. deorum. A τρέφω.

Φιλοττάριον, idem quod φιλοτάριον, *Ar.*

Φιλοτύραννος, ου, ὁ καὶ ἡ, fautor, sectator tyrannorum; (2) tyrannidis amans, seu cupidus.

Φιλοτωθάζω, libenter derideo, dicax sum.

Φιλοτωθάσσω, idem.

Φιλόφθογγος, ον, clamosus, latrator.

Φιλόφθονος, ὁ καὶ ἡ, invidus.

Φιλοφιλία, ας, ἡ, amor et studium erga amicos. A

Φιλόφιλος, ου, ὁ καὶ ἡ, amicorum studiosus.

Φιλοφόρμιγξ, γγος, ὁ καὶ ἡ, lyræ amans; epith. cantus.

Φιλοφρονέω, benevolus sum, *Herod.*

Φιλοφρονέομαι, οῦμαι, comitate prosequor et humanitate, amanter complector. *Gl. V.* φιλοφρονοῦμαι, concilio. Περιπλακεῖσα αὐτῷ κατὰ τὸν συνήθη τρόπον ἐφιλοφρονεῖτο, *Ælian.*

Φιλοφρόνημα, τὸ, factum benigne, beneficium, humanitas. A præc.

Φιλοφρόνησις, εως, ἡ, comitas, benevolentia.

Φιλοφρονητικὸς, ἡ, ὸν, comis, blandus.

Φιλοφροσύνη, ης, ἡ, benevolentia, comitas; (2) amicitia, familiaritas.

Φιλοφρόνως, *adv.* benevolo animo, benevole, comiter, amanter.

Φιλόφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, cui mens est benevola erga quempiam, benevolus, comis. A φρήν.

Φιλόφωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, loquax, garrulus. A φωνή.

Φιλόχλαινος, ου, ὁ καὶ ἡ, *proprie* læna seu pingui veste utens; cupidus lænæ, appetens lænam seu vestem quamcunque, *R.* Ex χλαῖνα.

Φίλοχλος, ὁ καὶ ἡ, amans vulgum, popularis.

Φιλοχορευτής, οῦ, ὁ, choreas ducendi studiosus. Ep. Bacchi.

Φιλόχορος, ου, ὁ καὶ ἡ, chori seu chorearum amans.

Φιλοχρηματέω, pecuniæ avidus sum, *Plato.*

Φιλοχρηματία, ας, ἡ, pecuniæ cupiditas, avaritia: Ἡ γὰρ φιλοχρηματία, πρὸς ἣν ἀπλήστως ἤδη νοσοῦμεν, καὶ ἡ φιληδονία δουλαγωγοῦσι, *Longin.* 44. A

Φιλοχρηματιστής, οῦ, ὁ, pecuniæ comparandæ cupidus seu studiosus.

Φιλοχρηματιστικῶς, *adv.* studio comparandarum divitiarum. A præc.

Φιλοχρήματος, ου, ὁ καὶ ἡ, cupidus pecuniæ, avarus. Ex φίλος et χρήματα.

Φιλοχρημάτως, *adv.* cum cupiditate pecuniæ, avare.

Φιλοχρημονέω, ῶ, fut. ήσω, pecuniæ avidus seu avarus sum:

Φιλοχρημοσύνη, ης, ἡ, pecuniæ cupiditas. A

Φιλοχρήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, cupidus pecuniæ.

Φιλόχρηστος, ου, ὁ καὶ ἡ, amans bonorum; (2) honesti studiosus, benignus, æquus.

Φιλόχριστος, ου, ὁ καὶ ἡ, amans et studiosus Christi.

Φιλόχρονος, ου, ὁ καὶ ἡ, *proprie* amans temporis, cunctator.

Φιλοχρυσία, ἡ, auri amor, *Steph.*

Φιλόχρυσος, ὁ καὶ ἡ, auri amans, auro inhians.

Φιλοχωρέω, ῶ, f. ήσω, libenter in loco versor et habito; (2) versor, habito. Ἕκαστον καθάπερ πατρίδι φιλοχωρεῖ, *Philo.*

Φιλοχωρία, ας, ἡ, amor quo quis libenter in aliquo loco commoratur. A

Φιλόχωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui locum amat, qui aliquo in loco libenter versatur.

Φιλοψεύδεια, et ία, ἡ, studium mentiendi. A

Φιλοψευδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, mendaciorum amans, libenter mentiens, fingens. A ψεῦδος.

Φιλοψεύστης, ου, ὁ, amans mendacium, mendax.

Φιλοψία, ας, ἡ, opsoniorum cupido, s. appetitus. A φίλοψος.

Φιλόψιλος, ὁ καὶ ἡ, qui summo in chorea loco est, *Alcin.*

Φιλοψογέω, reprehendendi studio teneor. A

Φιλόψογος, ου, ὁ ϗ ἡ, reprehendere amans. Φιλόψογον δὲ χρῆμα θηλειῶν γένος, *Eurip. Phœn.* 206.

Φιλοψόγως, *adv.* reprehendendi studio s. libidine.

Φίλοψος, ου, ὁ ϗ ἡ, opsoniorum amans. Ex ὄψον.

Φιλόψοφος, ὁ ϗ ἡ, garrulus, jactator.

Φιλοψυχέω, ῶ, f. ήσω, nimium amo animulam meam, vitæ turpiter et ignave parco. Καὶ γὰρ οὐδὲ τοι λίαν γ' ἐμοὶ φιλοψυχεῖν χρεὼν, *Eur. Iph. in Aul.* 1436. A φιλόψυχος.

Φιλοψυχητέον, cum οὐ, non nimium amanda vita.

Φιλοψυχία, ας, ἡ, nimius vitæ amor. A

Φιλόψυχος, ου, ὁ ϗ ἡ, animarum amans; (2) nimium vitæ cupidus, nimium timens ne vita privetur. A ψυχή.

Φιλόψυχρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui frigida amat, frigoris cupidus, amans frigidi.

Φιλοψύχως, *adv.* nimio vitæ amore.

Φιλόω, in amicitiam redigo, concilio, amo, *V. L.*

Φίλτατ' pro φίλτατε, *carissime*, voc. sing. *per Apoc.* a φίλτατος.

Φιλτάτιον, ου, τὸ, amiculus. A

Φίλτατος, η, ον, carissimus, sodalis, *Gl. V.* sc. in compellatione. A φίλος.

Φίλτρον, ου, τὸ, amoris illecebra, amatorium poculum; (2) res amicitias, seu amorem, benevolentiam, concilians Ab eod.

Φίλυβρις, ὁ ϗ ἡ, contumeliosus, insolens.

Φιλυγιὴς, ὲς, bonæ valetudinis studiosus.

Φιλύδρας, ὁ, et φιλύδωρ, *Steph.* idem quod

Φίλυδρος, ου, ὁ ϗ ἡ, aquæ amans, gaudens aquis. Ab ὕδωρ.

Φιλυδρηλός, ον, idem.

Φιλυδριάω, aquas amo, locis irriguis gaudeo, *Hes.*

Φιλύκη, ἡ, phylace, arbor semper virens, *Theoph.*

Φίλυμνος, ου, ὁ ϗ ἡ, amans hymnos, amator cantus, studiosus canendi, musicus.

Φιλυπήκοος, ὁ, ἡ, obsequiosus, facile obediens.

Φίλυπνος, ου, ὁ ϗ ἡ, amans somni, somniculosus.

Φιλυποδόχος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui solet exeipere convivio, *R.* Ex ὑποδοχή.

Φιλυπόστροφος, ου, ὁ ϗ ἡ, redire solitus, facile rediens. Φιλυπόστροφον κακὸν, *Aret.*

Φιλυποστροφώδης, ες, idem. Ab ὑποστροφή.

Φιλυποψία, ας, ἡ, natura ad suspicandum propensa. Ex ὑποψίς.

ΦΙΛΥ'ΡΑ, ας, ἡ, tilia, *arbor.* Angl. The LIME, or LINDEN TREE. (2) ejusdem arboris bractea, i. e. tenuior membrana inter lignum et extimum corticem latitans.

Φιλύρινος, ίνη, ινον, tiliaceus, *Gl. V.* φιλύρινον, corticatum. A præc.

Φιλύριος, ία, ιον, idem et ab eod.

Φιλῳδὸς, οῦ, ὁ, studiosus cantus, musicus. Ex ᾠδή.

Φίλως, *adv.* libenter. Νῦν δὲ φίλως χ' ὁρόωτε, libenter videretis, *Il.* 4, 347. A φίλος.

Φίλωψ, ωπος, ὁ, ἡ, qui amico vultu est, amicus.

Φίμον, τὸ, idem quod φιμὸς, *Ep.*

ΦΙΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, camus, capistrum; (2) fiscella; (3) *apud Etym.* obturamentum quo sibi os obligant urinatores, ne aquam sorbere cogantur; (4) piscatorium instrumentum; (5) pyrgus in ludo aleatorio, turricula in qua concutiuntur tesseræ aut tali. Φιμοὶ, V. *Schol. ad Æsch. Theb.* 469. reperitur et φιμὸν *in neutr.*

Φιμόω, f. ώσω, camo obligo aut adstringo, capistro, obturo, coarcto, constringo, os occludo, compesco; φιμοῦμαι, obmutesco. Εἶτα φιμώσαντε τούτω τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα, *Aristoph. Nub.* 592. Ἐφίμωσε τοὺς Σαδδουκαίους, *Matt.* 22, 34. Φιμώθητι, ϗ ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ, *Luc.* 4, 35. A præc.

Φιμώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, cami seu fiscellæ formam habens; (2) cami usum præbens; (3) constringens. Ab eod.

Φίμωσις, εως, ἡ, obligatio, obstrictio, quæ fit camo; (2) coarctatio, seu constrictio quælibet. A φιμόω.

Φὶν, *sibi* vel *ipsis*, dat. pl. pro σφὶν, *Ion.* pro σφίσι.

Φίνις, ossifragus, genus aquilarum. A φίνη.

Φίντατος, *Dor.* pro φίλτατος.

ΦΙ'ΝΤΙΣ, ὁ, auriga; (2) animus, qu. *corporis auriga et rector.* Vox Dorica.

Φὶξ, ικὸς, ἡ, *Bœot.* pro σφίγξ. Ἡ δ' ἄρα φῖκ' ὀλοὴν τέκε, *Hesiod. Theog.* 326.

ΦΙΤΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, stipes, truncus; (2) caulis: reperitur et neutrum.

Φίττα, *adv.* accelerandi. Ab et pro σίττα.

Φίτυ, τὸ, *Aristoph.* idem quod

Φίτυμα, ατος, τὸ, germen, stirps, proles, soboles, filius.

Φίτυς, υος, ὁ, pater, genitor. A

Φιτύω, f. ύσω, sero, planto; (2) genero, gigno. Τίς δ' ὁ φιτύσας πατήρ; *Soph. Trach.* 315. A φύω.

Φλαδιάω, ῶ, contundendo mollio; unde subigo. A φλάω.

ΦΛΑ'ΖΩ, stulte et inarticulate loquor; (2) ferveo.

Φλανύσσω, garrio, ineptio, deliro. A φλέω.

Φλάσαν, *fregerunt*, 3. pl. a. 1. ind. act. *Ion.* pro ἔφλασαν, a φλάω. Unde

Φλάσις, εως, ἡ, *Ion.* pro θλάσις, fractura.

Φλάσμα, τὸ, pro θλάσμα, quod confractum, contusum est, contusio. A φλάω, pro θλάω.

Φλασμὸς, οῦ, ὁ, fastus. A φλάζω.

Φλαστὸς, ἡ, ὸν, qui contundi seu conteri possit. A φλάω.

Φλασῶ, *frangam*, fut. 1. ind. act. *Dor.* pro φλάσω, a φλάω.

Φλαυρίζω, fut. ίσω, pro vili habeo, contemno. Φλαυρίζων δὲ τὴν τοῦ Πομπηΐου τὴν παρασκευὴν, *Plut.* A

Φλαῦρος, ρα, ρον, idem quod φαῦλος. Οὐδ' ἀγγελοῦμεν φλαῦρα, *Soph. Œd. Col.* 1429.

Φλαυροτοκεία, ἡ, malam seu inutilem prolem pariens, *Cyr.*

Φλαυρουργὸς, ὁ ϗ ἡ, vilis. Φλαυρουργοῦ τινὸς ἀνδρὸς τεχνήματα, *Soph. Phil.* 35.

Φλαύρως, *adv.* pro φαύλως.

Φλάω, ῶ, contundo, contero, frango, rumpo; (2) subigo, tero; unde (3) contundendo mollio; (4) masturbo; (5) voro, avide comedo. Ἔφλα ἐν τῇ θυσίᾳ, *Aristoph. Plut.* 717. Ἀλλ' οὔ νιν φλάσαν, *Pind.*

Φλεβάζω, scaturio tamquam e vena. A φλέψ.

Φλεβικὸς, ἡ, ὸν, ad venas pertinens, qui venarum est. Ab eod.

Φλέβιον, ου, τὸ, venula. Dim. ab eod.

Φλεβοδονώδης, venas agitans et conturbans, *Gal.* al.

Φλεβονευρώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, venineryeus.

Φλεβοῤῥαγία, ας, ἡ, venæ ruptio. Ex φλὲψ et ῥηγνύω.

Φλεβοτομέω, ῶ, sanguino, *Gl. V.* venam seco; φλεβοτομοῦμαι, sanguinor, *Gl. V.* A φλὲψ et τομή.

Φλεβοτομία, ας, ἡ, venæ sectio, venæ incisio. A

Φλεβοτόμος, ὁ, ον, venam incidens. Hinc τὸ φλεβοτόμον, ου, scalpellum, seu instrumentum quo vena inciditur. Ex φλὲψ et τέμνω.

Φλεβοτονώδης, venas distendens, *Gorr.*

Φλεβώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, venosus, venis abundans. A φλέψ.

Φλεγεθοίατο, *urant*, 3. pl. præs. opt. med. *Ion.* pro φλεγέθοιντο, a φλεγέθω.

Φλεγέθοντος, gen. sing. part. præs. act.

Φλεγέθω, uro, incendo, comburo, *Il.* 17, 738. λαμπρᾷ στεροπᾷ, *Soph. Trach.* 100. (2) ardeo, *Il.* 18, 211. A φλέγω.

Φλεγεὶς, *combustus*, aor. 2. part. pass. verbi φλέγω.

Φλεγεὸς, ὰ, ὸν, ruber, qualis est flammæ color, *R.* Ab eod.

Φλέγμα, ατος, τὸ, inflammatio, ardor, incendium; (2) pituita, *Phil.* Ab eod. *Il.* 21, 337.

Φλεγμαίνω, ardeo, æstuo, exæstuo, effervesco; (2) intumesco, tumeo. *Gl. V.* suppuro; φλεγμαίνει, turget, *Ph.* Vid. *Ern.* Εἶτ' ἐφλέγμηνεν αὐτοῦ τὸ σφυρὸν, *Aristoph. Vesp.* 276. Φλεγμαίνουσα πόλις, urbs luxu turgens, tumens, *Plat.* A φλέγμα.

Φλεγμαῖος, αία, αῖον, inflatus. Ab eod.

Φλεγμανσις, εως, ἡ, idem quod

Φλεγμασία, ας, ἡ, inflammatio, æstus, ardor.

Φλέγμας, genus aquilæ flavæ, *Hes.*

Φλεγματίας, *Ion.* pro φλεγματης, ου, ὁ, pituitosus, qui bilioso opponitur. A φλέγμα.

Φλεγματικὸς, ἡ, ὸν, abundans pituita. Ab eod.

Φλεγμάτιον, τὸ, Dim. pro φλέγμα, *Sotades.*

Φλεγματοειδὴς, ὲς, abundans pituita. A φλέγμα et εἶδος.

Φλεγματόεις, όεσσα, όεν, idem, et ab eod.

Φλεγματώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, inflatus, suppuratus; (2) pituitosus, biliosus.

Φλεγμῆναι, aor. 1. inf. act. *Att.* pro φλεγμᾶναι, a φλεγμαίνω.

Φλεγμονὴ, ῆς, ἡ, inflammatio. *Gl. V.* suppuratio, tumor. A φλέγω. Hinc

Φλεγμονώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, inflammationem habens, cum inflammatione conjunctus.

Φλεγοίατο, 3. pl. præs. opt. pass. *Ion.* pro φλεγοίντο, a φλέγω, *uro.*

Φλέγοντι, 3. plur. præs. ind. act. *Dor.* pro φλέγουσι.

Φλέγος, τὸ, idem, *Hes.*

Φλεγύας, ου, ὁ, aquila. A φλέγω. Unde

Φλεγυρὸς, ρὰ, ρὸν, ignitus, ardens; (2) splendens; (3) injuriosus, damnosus.

ΦΛΕ'ΓΩ, f. ξω, uro, cremo, incendo, inflammo; (2) amore mei incendo; (3) illustro, illumino; (4) fulgeo; φλέγομαι, ardeo, ardesco, flagro, *Gl. V.* Αἷμα δάϊον φλέγει τάδε, *Eur. Ph.* 248. φέγγος, *Soph. Aj.* 682. Μηδ' ἄγαν οὕτω φλέγεσθον, lugete, *Id. Œd. Col.* 1693. Μανίαις φλέγων, *Aristoph. Thesm.* 687. Ἄνθεμα δὲ χρυσοῦ φλέγει, micat, *Pind. Ol.* 2, 131. (4) ἀμφὶ δὲ πτόλιν νέφος ἀσπίδων πυκνὸν φλέγει, *Eurip. Phœn.* 257.

Φλεδονεία, ας, ἡ, nugacitas, ineptiæ. A

Φλεδονεύω, et -νέω, nugor, garrio. A φλεδών. Unde

Φλεδονώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, nugax, garrulus.

Φλέδων, ονος, vel φλεδὼν, ῶνος, ὁ, homo ineptus et nugax. A φλέω.

Φλεδὼν, όνος, ἡ, nugæ, *Suid.*

Φλέξας, aor. 1. part. act. verbi φλέγω.

Φλέξις, εως, ἡ, incensio, incendium. A φλέγω.

Φλεχθεὶς, aor. 1. part. pass. verbi φλέγω.

ΦΛΕ'Ψ, εβὸς, ἡ, vena; (1) animalis, (2) aquarum et similium.

ΦΛΕ'Ω, nugor; (2) plenus seu refertus sum, redundo, etiam bonis rebus; hinc et Bacchum veteres Phleonem cognominant, *Ælian.* (3) ebullio, effervesco; (4) crumpo, *Æsch. Ag.* 1425. A φλύω.

Φλέως, ω, ἡ, papyrus, planta aquatica spinis carens. A φλέω, *Suicer.*

Φληδάω, ῶ, fut. ήσω, nugor. Ab eod.

Φληναφάω, ῶ, fut. ήσω, idem, *Ph.*

Φληναφέω, ῶ, idem et ab eod. Ἐνταῦθα σαυτῷ παραφρονεῖ ϗ φληναφεῖ, *Aristoph. Nub.* 1477.

Φληναφία, ας, ἡ, nugæ. A

Φλήναφος, ου, ὁ ϗ ἡ, nugæ; (2) nugator, nugatrix, nugax, stultiloquus.

Φληναφώδης, ὁ, nugator, *Gal.*

Φληνέω, ῶ, fut. ήσω, nugor. A φλέω.

Φληνύω, fut. ύσω, idem et ab eod.

ΦΛΙΑ', ᾶς, ἡ, portæ pagmentum, antæ; (2) vestibulum, limen. Hinc et φλιαὶ, valvarum postes; *item*, ligna directa et ex transverso depacta, et scalarum firmamenta, quæ gradus transversarios, per quos ascenditur, utrimque compingunt. *Gl. V.* postis, limen.

Φλίβω, premo, comprimo, *Æol.* pro θλίβω.

ΦΛΙΔΑ'Ω, et φλιδιάω, ῶ, putresco, putrefio; (2) rumpor, laceror, lanior; (3) rugas contraho, *Nicand. Al.* 363. Σηπεδόσι φλιδόωσα, putredine dehiscens.

Φλιδόνες, ων, αἱ, rugæ et sinus vestium. A præc.

Φλίψις, ἡ, *Æol.* pro θλίψις.

Φλόγεος, έα, εον, flammeus; (2) splendidus, fulgidus. A φλὸξ, *flamma.*

Φλογερὴν, acc. sing. f. g. *Ion.* pro φλογερὰν, a

Φλογερὸς, ρὰ, ρὸν, idem et ab eod.

Φλογιτὸς,

Φλογισὸς, ῦ, ὁ, ardor, *Ph.* A φλόξ. Unde
Φλογιάω, ῶ, inflammor cum rubore.
Φλογίδιον, ῦ, τὸ, parvum frustum carnis assæ. Dim. a φλογίς.
Φλογίζω, f. ίσω, ardeo; (2) ustulo, inflammo, incendo. Φλογιζόμενον ἄλιον, ἄλιον αἰτῶ, *Soph. Trach.* 95. Ἦν δὲ ἡ χάλαζα ϰ τὸ πῦρ φλογίζον ἐν τῇ χαλάζῃ, *Exod.* 9, 24. A φλόξ.
Φλογίη, ἡ, idem quod φλὸξ, *Nic.*
Φλόγινος, ίνη, ινον, flammeus. Ab eod.
Φλόγιον, Dim. flammula, *Longin.*
Φλογὶς, ίδος, ἡ, caro, assa. *Gl. Vet.* flammeum.
Φλογισμὸς, ῦ, ὁ, ustulatio. A φλογίζω.
Φλογισὸς, ἡ, ὸν, ustulatus; (2) inflammabilis. Δέμας φλογισὸν ἤδη, *Soph. El.* 58. Ab eod.
Φλογμὸς, ῦ, ὁ, ardor, æstus, flamma, incendium; (2) fulgur. Ab eod.
Φλογογενὴς, έος, ὁ ϰ ἡ, flammigena, *Gl. V.* Ex φλὸξ et γείνομαι, nascor.
Φλογόδερπνοι, οἱ, carbones, *Hes.*
Φλογοειδὴς, έος, ὁ ϰ ἡ, flammæ similis; (2) flammeus, ignitus. Ex φλὸξ et εἶδος.
Φλογόεις, όεσσα, όεν, flammeus, flagrans, ardens. A φλόξ.
Φλογοιδῦμαι, ardore intumesco.
Φλογόλευκος, ον, e rubro albicans.
Φλογοφαῖος, ον, color ex flammeo et fusco, *Steph.*
Φλογόω, ῶ, fut. ώσω, inflammo, incendo; φλογῦσθαι, flammescere, *Gl. V.* A φλόξ.
Φλογώδης, εος, ὁ ϰ ἡ, ardens, fervens; (2) flammeus et incensus. Ab eod.
Φλόγωμα, ατος, τὸ, ustulati panis quasi pustula. A φλογόω.
Φλογωπὸς, ὸν, rutilus, splendens. A φλὸξ et ὤψ.
Φλόγωσις, εως, ἡ, inflammatio. A φλογόω.
Φλοιὰ, *Ion.* φλοιὴ, ἡ, pro φλιὰ, ap. *Apoll. Rh.* ubi tamen alii φλιή· (2) Proserpina, ap. Lacedæmonios.
Φλοιάριον, ῦ, τὸ, parvus cortex. Dim. a φλοιός.
Φλοιδόμενος, inflammatus, ambustus, *al.* turbatus, *Lyc.*
Φλοίζω, fut. οίσω, decortico, *Theophr.* A φλοιός.
Φλοΐνος, η, ον, e cortice factus. Ab eod.
Φλοιοβαρὴς, ὲς, levis. A φλοιὸς et βαρύς.
Φλοιοῤῥαγέω, sum cortice disrupto seu rimoso, *Diosc.*
Φλοιοῤῥαγία, ας, ἡ, corticis ruptio. A
Φλοιοῤῥαγὴς, έος, ὁ ϰ ἡ, corticem habens diruptum. Ex φλοιὸς et ῥήγνυμι.
ΦΛΟΙΟ'Σ, ῦ, ὁ, cortex, stirps, suber, *Ph. Il.* 1, 237.
Φλοίσβοιο, gen. sing. *Ion.* pro φλοίσβυ, a
ΦΛΟΙ~ΣΒΟΣ, ῦ, ὁ, sonitus quem aqua edit, præsertim cum fluctus excitantur; (2) murmur, tumultus; (3) strepitus.
Φλοισμὸς, ῦ, ὁ, decorticatio. A φλοιζω.
Φλοισικὸς, ad decorticationem pertinens vel aptus, *Bud.*
Φλοίω, fut. οίσω, idem quod φλοίζω.
Φλοιώδης, εος, ὁ ϰ ἡ, cortici similis, corticosus. Φλοιώδης ἀνὴρ, *Longin.* A φλοιός.
Φλοιῶτις, ἡ, corticosa, *Lyc.*
Φλομὶς, ίδος, ἡ, verbasculum. Dim. a
ΦΛΟ'ΜΟΣ, et φλῶμος, ῦ, ἡ, verbascum, *herba.* Angl. MULLEIN.
Φλονὶς, ίδος, ἡ, squama, *Hes.*
Φλονῖτις, ἡ, herba quædam, *al.* ὄνωνις, *Diosc.*
Φλὸξ, ογὸς, ἡ, flamma. A φλέγω.
Φλόος, φλῦς, ῦ, ὁ, cortex. *Ph.* scirpus; (2) teges, storea, stragulum ex ulva vel scirpo, aut sparto vel junco. A φλοιός.
Φλῦν, acc. sing. pro φλόον, a φλόος.
Φλυάκιον, τὸ, pustula. A φλύαξ.
Φλυακογράφος, vel
Φλυαρογραφία, ἡ, nugarum scriptio.
Φλύαξ, ακος, ὁ, jocator, scurra, nugator. A φλύος.
Φλυαρέω, ῶ, fut. ήσω, nugor, garrio, blatero. Φλυαρίαν φλυαρεῖν, *Plat.* Φλυαρεῖς ϰ πτερυγίζεις, *Aristoph. Plut.* 574. Λόγοις πονηροῖς φλυαρῶν ἡμᾶς, 3 *Joann.* 10. A φλύαρος. Hinc
Φλυάρημα, τὸ, dictum nugatorium, seu sermo nugatorius, ineptus, impudens.
Φλυαρία, ας, ἡ, nugæ, garrulitas, verbositas, *Gl. V.* φλυαρίαι, argutiæ, *Gl. V.* Ab eod.
Φλυαρογράφος, scriptor φλυάκων, ut Sopater, vel scriptor nugax, ineptus, *Ath.*
Φλυαρογραφῶ, nugas scribo, *Nic. Sc.*
Φλυαρολογέω, ῶ, fut. ήσω, nugas loquor:
Φλυαρολογία, ας, ἡ, sermo nugatorius. A
Φλυαρολόγος, ῦ, ὁ ϰ ἡ, qui nugas loquitur, nugator. Ex φλύαρος et λόγος.
Φλύαρος, ῦ, ὁ ϰ ἡ, vanus et futilis; (2) nugator, stultiloquus, *Gl. V.* nugax, *Phil.* argutus, garrulus, verbosus, Al. *Gl. V.* frivolus. A φλύος.
Φλυαρώδης, εος, ὁ ϰ ἡ, nugatorius, nugax. A præc.
Φλυάσσω, nugor; (2) eructo. A φλύω.
Φλυδαρὸς, ρὰ, ρὸν, humidus. A
Φλυδάω, ῶ, humesco; (2) flaccesco. A φλύω.
Φλυζάκιον, τὸ, bulla, pustula. A
Φλύζω, idem quod φλύω.
Φλύκταινα, ης, ἡ, pustula, papula, *Ph.* proprie ab igni. A φλύκτις. Hinc
Φλυκταινίδιον, ῦ, τὸ, parva pustula.
Φλυκταινοειδὴς, ὲς, pustulatus, pustulæ formam habens. Ex eod. et εἶδος.
Φλυκταινόομαι, ῦμαι, in pustulas erumpo.
Φλυκταίνωσις, ἡ, eruptio pustularum. A præc.
Φλυκταινώδης, ες, cui pustulæ insunt, pustularum speciem gerens, *Steph.*
Φλυκτὶς, ίδος, ἡ, pustula, tumor. A φλύω.
Φλύος, nugæ. Ab eod.
Φλύσις, εως, ἡ, eruptio in cute e redundantia humoris. A φλύω.
Φλύσσω, pro φλύζω, *Steph.*
Φλύω, f. ύσω, nugor; (2) ferveo, bullio, ebullio, fervendo seu bulliendo strido; (3) evomo, *Il.* 21, 361. A φλέω.
Φοβαθῇς, 2. sing. aor. 1. conj. pass. *Dor.* pro φοβηθῇς, a φοβέω, *terreo.*
Φοβέεσκον, *terrebant*, 3. pl. imperf. ind. act. *Ion.* pro ἐφόβεον, a verbo eod.
Φοβεῖσθαι, præs. inf. pass. *contr.* pro φοβέεσθαι.
Φοβεῖσθε, 2. pl. præs. imp. pass. pro φοβέεσθε.
Φοβερίζω, terreo; φοβερίζει, deterret, *Phil.* Ἐνύπνιον ἴδον, ϰ ἐφοβέρισέ με, *Dan.* 4, 5. A φοβερός.
Φοβέριος, ῦ, ὁ, timendus, formidabilis. Ab eod.
Φοβερισμὸς, ῦ, ὁ, terror, *Phil.* A φοβερίζω.
Φοβερὸς, ρὰ, ρὸν, terribilis, formidolosus, *Ph.* Ἐκπέπταμαι φοβερὰν φρένα, *Soph. Œd. T.* 153. A φόβος. Hinc
Φοβερότης, ητος, ἡ, timor, terror.
Φοβερῶς, *adv.* metum incutiendo, formidabiliter. Ab eod.
Φοβερώψ, ὁ ϰ ἡ, terribilis specie. Ex eod. et ὤψ.
Φοβεσιστράτη, sc. Minerva, quæ fugam hostibus affert, *Ar.*
Φοβέστρατος, pro φοβεσίστρατος, *E. M.*
Φοβεύμενον, *timentem*, acc. sing. part. præs. pass. *Dor.* pro φοβούμενον, a
Φοβέω, ῶ, fut. ήσω, terreo, absterreo, *Phil.* φοβῦμαι, timeo, formido, paveo, expavesco, *Gl. V.* φοβεῖται, pavet, pavescit, veretur, timet, *Ph.* φοβεῖσθαι, trepidare, *Phil.* ἐφοβήθη, horruit, *Ph.* a. 1. pass. πεφόβημαι, timeo, p. pass. Οὔτ' ἄλλο ὐδὲν ὕτως ἐφόβησεν, *Thuc.* Πεφόβημαι πτηνῆς ὡς ὄμμα πελείας, *Soph. Aj.* 139. Στρατὸν δ' Ἀχαιῶν ὐ φοβῇ πράσσων τάδε; *Id. Phil.* 1238. Οἱ δεισιδαίμονες ἧττον τὺς ἀνθρώπυς φοβῦνται, *Xen.* Πόνος ὁ μὴ φοβῶν, labor timorem nullum incutiens, *Soph. Phil.* 864. A φόβος. Hinc
Φόβη, ης, ἡ, coma, juba, *de equo et leone.*
Φοβηθεῖσα, aor. 1. part. pass. f. g. a φοβέω.
Φοβηθῆναι, aor. 1. inf. pass.
Φοβηθῇς, 2. sing. aor. 1. conj. pass.
Φοβηθήσῃ, 2. sing. f. 1. ind. pass. *Att.* et *Ion.* pro φοβηθήσεσαι.
Φοβηθῆτε, *terreamini*, 2. pl. a. 1. conj. seu imperat. pass.
Φόβημα, τὸ, terror, *Soph.*
Φοβητικὸς, ἡ, ὸν, meticulosus. A φοβέω.
Φοβητὸς, metuendus, *Soph.*
Φόβητρον, ῦ, τὸ, quod metum incutit, seu incutere potest; terriculum, terriculamentum. A φοβέω.
Φοβοδίψος, qu. dic. cum timore sitiens, idem quod ὑδροφόβος, *Steph.*
Φοβονδὲ, *adv.* in vel ad fugam. A φόβος.
Φόβος, ῦ, ὁ, timor, metus, formido. *Ph.* fuga. Μήστωρε φόβοιο (de equis), apti bello, *Il.* 5, 272. Τὸν σὸν ὐ ταρβῶ φόβον, terrorem quem tu vis mihi incutere, *Soph. Phil.* 1251. Διὰ φόβυ ἐλθεῖν, formidare. A φέβομαι.
Φοβῦ, *time*, 2. sing. præs. imperat. pass. *Att.* et *Ion.* pro φοβέεσο, a φοβέω.
Φοιβάζω, f. άσω, vaticinor Phœbi numine adflatus, vaticinans dico. Ὀρνιθόπαιδος ἴσμα φοιβάζων πότοις, *Luc.* 731. Οἱονεὶ φοιβάζον τὺς λόγυς, *Longin.* 8. A φοῖβος.
Φοιβαίνω, idem et ab eod.
Φοιβὰς, άδος, ἡ, Phœbas, fatidica, vaticinatrix utpote Phœbi numine adflata. *Gl. V.* saga. Ab eod.
Φοιβαστικὴ, ῆς, ἡ, vates, fatidica. A φοιβάζω.
Φοιβαστικὸς, ἡ, ὸν, vaticinus. Ab eod.
Φοιβάστριος, α, ον, idem.
Φοιβάω, ῶ, lustro, purgo; (2) splendidum reddo; et φοιβάομαι, ῶμαι, vaticinor, auguror. Ἐφοίβασεν δὲ παγέντα πάντα χαλινοφάγων ἀφρὸν ἀπὸ σομάτων, *Callim. in L. Pall.* 12. A φοῖβος.
Φοίβη, ἡ, Diana, *Ep.*
Φοιβήϊος, ῦ, ὁ ϰ ἡ, ad Phœbum pertinens, *Ion.* pro φοίβειος. Ἐς τὸ Τροίας φοιβήϊον δάπεδον, *Eurip. Iphig. in Aul.* 755.
Φοιβηΐς, ἡ, Phœbea, *Ep.*
Φοιβητεύω, idem quod φοιβάζω, vel φοιβάω.
Φοιβητὴς, ὁ, lustrator, *Man.*
Φοιβήτρια, ἡ, antistita templi fatidica.
Φοιβήτωρ, ορος, ὁ, fatidicus, vates.
Φοιβίτης, ῦ, ὁ, hariolus, *Ph.* A φοῖβος.
Φοιβόλαμπτος, *Ion.* pro φοιβόληπτος, *Herod.*
Φοιβόληπτος, ῦ, ὁ ϰ ἡ, Phœbo adflatus, Phœbi numine correptus, *Longin.* 16. Ex φοῖβος et λαμβάνω.
Φοιβονομέομαι, puritatem consequor, *V. L.*
ΦΟΙ~ΒΟΣ, ῦ, ὁ, purus, impollutus, castus; (2) vaticinus, vaticinandi peritus; (3) Phœbus, Sol, Apollo.
Φοινήεις, ήεσσα, ῆεν, puniceus, purpureus. A φοῖνιξ, vel φόνος.
Φοίνιγμα, ατος, τὸ, idem quod
Φοινιγμὸς, ῦ, ὁ, rubefactio. A φοινίσσω.
Φοινίζω, rubefacio, *V. L.*
Φοινικάνθεμος, ον, flores puniceos efferens seu habens. Epith. veris. Ex ἄνθος.
Φοινικάω, rubefacio, *Gl. V.* A φοῖνιξ.
Φοινίκειος, ῦ, ὁ ϰ ἡ, et ήϊος, α, ον, puniceus; (2) palmeus, e palma factus. Ab eod.
Φοινίκεος, έα, εον, idem. Ab eod.
Φοινικελίκτης, fallax, *Hes.* φοινικελίτης, *Suid.*
Φοινίκη, ης, ἡ, Phœnicia.
Φοινικήϊος, *Ion.* pro φοινίκειος, *Herod.*
Φοινικίας, ῦ, ὁ, Phœnicias, ventus a Phœnice flans; euronotus, thrasciæ oppositus.
Φοινικίζω, f. ίσω, Phœnices imitor aut æmulor; (2) ad puniceum colorem vergo, purpurasco, *Luc.* (3) tingo purpura. Ab eod. Unde
Φοινικικὸς, ἡ, ὸν, Phœnicius, Punicus.
Φοινίκινος, ίνη, ινον, puniceus aut rutilus; (2) palmeus, ex palmulis confectus.
Φοινίκιος, ία, ιον, puniceus; palmeus, *Gl. V.*
Φοινικὶς, ίδος, ἡ, vestis punicei coloris, puniceus amictus, purpurea vestis, purpureus amictus, (ob coloris adfinitatem,) pannus puniceus. *Gl. V.* paludamentum. Ab eod.
Φοινικιστὴς, ῦ, ὁ, purpurarius, purpuræ tinctor. A φοινικίζω.
Φοινικιστὶ, *adv.* Punice. Ab eod.
Φοινικίτης οἶνος, palmeum vinum, *Diosc.*
Φοινικοβάλανος, ῦ, ὁ, fructus palmæ Ægyptiacæ (postquam maturuit).
Φοινικόβαπτος, ον, colore puniceo tinctus.
Φοινικοβαφὴς, ὲς, idem. A βαφή.
Φοινικοβατέω, ῶ, palmas scando. Ex βαίνω.
Φοινικογενὴς, ὲς, e Phœnice ortus.

Φοινικοδάκτυλος, ου, ὁ ϗ ἡ, digitos purpureos, *i. e.* pulchros, habens.
Φοινικόεις, όεσσα, όεν, Puniceus. A φοῖνιξ.
Φοινικόκροκος, ου, ὁ ϗ ἡ, puniceam tramam habens. Ex φοῖνιξ et κρόκη.
Φοινικόλιγγος, avis, *al.* πηνίλοψ, *Aristot.*
Φοινικόλοφος, ου, ὁ ϗ ἡ, rubram cristam habens.
Φοινικοπάρειος, ου, ὁ ϗ ἡ, puniceas habens genas, *i. e.* pulchras, pulcher. Ex φοῖνιξ et παρειά.
Φοινικοπάρηος, ου, ὁ ϗ ἡ, *Ion.* pro præc.
Φοινικοπάρυφος, ου, ὁ ϗ ἡ, puniceo limbo prætextam vestem gerens, prætextatus.
Φοινικόπεδος, ου, ὁ ϗ ἡ, solum habens puniceum seu rubrum. Ex φοῖνιξ et πέδον.
Φοινικόπεζα, ης, ἡ, purpureos pedes habens, *i. e.* pulchros.
Φοινικόπεζος, puniceos pedes habens, epith. Cereris, *Pind.*
Φοινικόπτερος, ου, ὁ ϗ ἡ, rubeas alas seu pinnas habens. Ex φοῖνιξ et πτερόν.
Φοινικορόδιαι, ων, αἱ, punicea rosaria. Ex eod. et ῥόδον.
Φοινικόρυγχος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui est rostro puniceo, nempe a sanguine, ut leo, lacerato animali; (2) de homine foret, purpurea labia habens, vel os pulchrum.
Φοινικὸς, ἡ, ὸν, puniceus; (2) punicus. A φοῖνιξ.
Φοινικοσκελὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui est puniceis, *i. e.* pulchris, cruribus. Ex eod. et σκέλος.
Φοινικοστερόπης, *Dor.* -πας, ὁ, fulminator; *proprie* rubra fulmina mittens. Ex eod. et στεροπή.
Φοινικόστολος, purpura ornatus, *Pind.*
Φοινικοτρόφος, ου, ὁ ϗ ἡ, qu. dic. palmas alens, palmifer. Ex eod. et τρέφω.
Φοινίκουρος, ου, ὁ, avis quædam solitaria, a quibusdam *Silvia* vocata. Ex eod. et οὐρά.
Φοινικοῦς, puniceus, *Ph.* A φοῖνιξ.
Φοινικοφαὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, purpureus, puniceus adspectu. Ex eod. et φάος.
Φοινικόφυτον, ου, τὸ, palmetum. A
Φοινικόφυτος, ὁ ϗ ἡ, palmis consitus. Ex eod. et φύω.
Φοινικὼν, ῶνος, ὁ, palmetum. A
ΦΟΙ͂ΝΙΞ, ικος, ὁ, palma, arbor; (2) palmæ ramus vel fructus, palmula, *i. e.* palmæ fructus; (3) herba quædam, spicam ferens lolio similem et ad palmulæ maturæ colorem accedentem; (4) avis quædam Phœnix dicta, a puniceo pennarum colore; (5) color ruber seu phœniceus, qualis est palmulæ; (6) instrumentum quoddam musicum a Phœnicibus inventum; (7) collyrium, tollendis oculorum asperitatibus efficax; (8) Phœnix, e Phœnice oriundus. *Gl. V.* Punicus. Sed *adject.* ὁ ϗ ἡ, ad rubrum colorem accedens; rutilus.
Φοίνιξις, εως, ἡ, rubefactio. A φοινίσσω.
Φοίνιος, ίου, ὁ ϗ ἡ, cæde contaminatus, homicida; sanguinarius, cruentus; (2) ruber. A φόνος, *cædes.*
Φοίνισσα, ης, ἡ, Phœnissa, ex Phœnicia oriunda. A φοῖνιξ.
Φοινίσσετο, *rubefaciebat*, 3. sing. imperf. ind. med. *Ion.* pro ἐφοινίσσετο, a
Φοινίσσω, fut. ξω, rubefacio, sanguine inficio, cruento, purpureo aut etiam puniceo colore inficio. Φοινισσέτω παρίδ' ἱμὰν αἰσχυνία νεοθαλεῖ, *Eur. Iph. in Au.* 185. Μάστιγι πρῶτον νῶτα φοινιχθεὶς θάνῃ, *Soph. Aj.* 110. Σφάγια φοινίσσειν, victimam mactare, *Eur. Or.* 1285. A φοῖνιξ.
Φοινίχθη, *rubefactus est*, 3. sing. aor. 1. ind. pass. *Ion.* pro ἐφοινίχθη, a φοινίσσω.
Φοινὸς, ἡ, ὸν, cruentus, cruentatus. A φόνος.
Φοῖτα, 3. sing. imperf. ind. act. *Ion.* et *contr.* pro ἐφοίτα, a φοιτάω, *ito.*
Φοιτάλιος, ου, ὁ ϗ ἡ, vel φοιταλέος, έα, έον, insanus, furiosus; (2) errabundus, vagus; (3) per certa temporum intervalla rediens. A φοιτάω.
Φοιταλεὺς, έως, ὁ, idem. Epith. Bacchi.
Φοιταλιώτης, ου, ὁ, idem. A præc.
Φοιτὰς, άδος, ἡ, insana, furiosa; (2) vaga: (3) meretrix; (4) epith. viæ, trita. (1) οὐ μὴ ἀναστήσεις φοιτάδα δεινὴν νόσον, *Soph. Trach.* 979. A
